qui cu corpe mouetur. & no solum ad motuz corpis eo
q nihil sunt ipius corpis. Et si dicas hoc no ee philo
sophice dcm. eo q phs dicat indiuisibile no posse mo
ueri. Dcm e q in hoc errauit phs. vl' intellexit de in
diuisibili in quatitate. Probat aut rone sic. qr oe qd
est receptm alicui9 forme & no est ex se detmiatu ad a
liqua vna illarum. nec illimitatu ad illas pot moueri ab
vna illarum ad alia. Angelus aut non e illimitat9 quia
no est imesus. g pot mutari ptinue ab vno vl' ad aliud
¶ Dic scdo. q aliqd mouet a se localit & circuscriptiue
sicut ptz de aialib9 quib9 propriu e mouere p se sicut di

cit phs. Et probat rone. quia cuicuqz ine potetia pas
siua ad aliqd acquiredu vl' habedum p motu non e
impfconis in eo q heat potetiam actiua p qua possit il
lud acqrere. imo hoc e pfconis. sed corpa naturalia sunt
hmoi. g non e impfconis sed pfconis in eis si heant po
tetiam actiua p qua pnt sibi acqrere vbi qd est pfconis
eorum. qd em est pfconis in aliqua natura no det ab eo de
negari nisi apparuerit manifesta repugnatia. ¶ Dic
tcio. q grauia & leuia in actu primo mouetur ex seipis
ad sua loca quado sunt extra ea. ptz autoritate & rone
Primo autoritate phi vbi solues qstione de grauib9 &
leuibus hic mota dicit. q quia pona dicitur duplicit.
ido manifestuz e a quo mouet graue. distinguit aut de
potetia ad actum pmuz & scdm. Et dicit finalit q cu
factu est leue mox opabitur nisi prohibeat factu aut le
ue alicubi e & sursum. Prohibet aut cum ei ine prium.
vbi. sicut g ignis se habz ad calefaciedum. ita graue se
habz effectiue ad motum sursuz. Probat scdo autori
tate eiusde quarto phisicorum caplo de vacuo. vbi dicit
q desum & rarum cõcomitant due prietates. scz graue &
leue. durum & molle. & hoc de pma prietate grauis & leuis
dicit q fm hac prietate erut actia motus. scdm aut du
ru & molle passiua. igit. Probat tercio autoritate Com
metatoris scdo de celo & mudo. pmeto vicesimoscdo. di
centis In simplicib9 inqt idem e motor & motu. sed dif
ferut fm ee. Probat quarto autoritate eiusde in secun
do hui9 dicetis. quonia no inuenit corpus simplex qd
altatur ex se. sicut inuenit corpus simplex qd transfer
tur in locu ex se ¶ Et postea quonia no dubitat quin
ista mouetur ex se no ex motore extrinseco scz quatuor e
lemeta Rone aut sic probat. quia grauia & leuia moue
tur ab aliquo. & no mouetur p se a gnante. Quod pro
bo sic. supposito q gnans graue vl' leue essz destructum
omis effcus quado actu causat habz aliqua cam in ac
tu. ergo quado descesus grauis e in actu tuc aliquid e
causans ipm in actu. Illud aut non e gnans. quia iaz
est corruptu. nec remoues prohibes quia tale mouet p
accides. Oportet g aliquid dare qd mouz p se. eo q oe
p accides reducitur ad aliquid p se. Nec illud pot ee
cetrum attrahes. quia si p possibile vl' impossibile nul
lum graue essz in centro. sed tota terra essz remota ab
eo remanete centro sub sola ratone centri adhuc graue
naturalit tederet ad cetruz. Quid ergo e illud quod
attrahit. no vbi cum no sit forma actiua nec influetia
celi. Videtur em esse fuga recurrere ad agens vniuer
sale & dimittere effcus pticulares Nam virtus agentis
vlis est eiusde ronis in oibus istis inferiorib9. No ergo
magis mouet ad vna parte q ad alia. Et si dicas for
te q gnans materia ptualit iit i graui. & sic mouz ipm
graue. Contra gnans non materia in virtute nisi sicut
causa in suo effcu. & tuc virtus illa respcu motus ptinz
ad genus cause efficietis. Si gnans dicat efficere. & no
sic efficit nisi fm q est in actu. necesse e ergo q illud qd
est in ptute efficies efficiat. & adhuc hebit propositu
Relinqtur g q grauia & leuia moueant a seipis ¶ Dic
qrto. q nihil mouet a se p se pmo duplici pmitate de q
supius dcm est. ptz quia si aliqd mouet a se pmo. i. p z
se totu. tuc motus ine cuilibz pti. ita q moueri e passio
omogenia q no ine toti nisi insit cuilibz pti. Si at mo
ueat primo pmitate scdo9 dca tunc motus remouet a
toto pmo si insit alicui pti. Si em triagul9 hz tres an
gulos p9 nullus pticularis triagulus hebit pmo tres

Ad rõnes aũt phi que videntur sonare oppositum his que dcã sũt ⁊ nõ sonant oppositũ. Ad tres pmas dõm est. q nõ ɔcludũt contra ppositum. nõ eñ aliud oñdunt nisi q graue nõ mouet se p cognitionem ⁊ intellectiue dato q moueat se ɔtinue ⁊ sine cognitõne. pprium est eñ aialis mouere se p cognitõem. ⁊ sistere a motu ⁊ dirigere siue ordinare se ad ɔria. Sapientis eñ est ordinare ex pmo metaphice. ideo preter mouẽs grauia ⁊ leuia opz qrere alium motorẽ ⁊ meliorẽ qui moueat p intellcm ⁊ voluntatẽ. Ad quartã vero dicendũ. q rõ sua de ɔtinuo nõ ɔcludit pcise inqntum ɔtinuũ est. sed de ɔtinuo. hoc est de eo qd est eiusdẽ dispõnis. Probat eñ q graue nõ mouet se effectiue ex h q vna pars eius nõ est in actu que possz aliã facere in actu fm eandẽ qualitatẽ. Et ɔceditur q hoc mõ pars grauis exñs in actu nõ causat motũ in alia pte. sed tantum totũ graue est in actu fm actum pmũ. ⁊ causat in se actum secũdum. Sed cõtra ista arguitur quadrupliciter. Primo. qr si grauia ⁊ leuia mouerẽtur a seipis phs in suis pbatõnibus nõ hret intentũ. vult eñ oñdere q est deuenire ad vnũ primũ motorẽ. ex hoc q omẽ qd mouetur ab alio mouetur. Dõm est q satis hz intentũ ex distinctõe poñe in poñam ad actum primũ ⁊ ad actum scdm. nihil eñ mouet seipm ad actum primũ. sed solum ad actum secũdum. Scdo sic. quia dicit phs in pncipio septimi q omẽ qd mouetur ab alio mouetur. Dõm est q phus non vult dicere q omẽ qd mouetur moueatur ab alio in oñi suo motu. sufficit eñ pho q omẽ qd mouetur mouetur ab alio in aliquo suorum motuũ. Tercio sic. Nam dicit Com. ɔmento tricesimosecũdo huius octaui. q generãs est qd dat corpi generato simplicẽ formã suã ⁊ oia ɔsequentia ad ipam formã. quorum vnus ẽ motus in loco. Dico q hoc est verum nisi aliquid aliud impediat motum ad propriũ locum. vt puta quãdo aliquid generatur in loco extraneo. i. non naturali. Quarto sic. materia ⁊ efficiens nũq̃ coincidũt. ergo Dõm q licet materia ex qua ⁊ efficiens nunq̃ coincidãt. bñ tamẽ materia in q Si queras pmo. quid intelligã per grauitatẽ ⁊ leuitatem Respondẽt aliqui q põt intelligi forma subñalis grauis ⁊ leuis ⁊ qlitates. ita q pncipia effectiua pncipalia sint forme subñales. ⁊ instrumẽtalia sint forme accñtales. Põt tñ dici q nec forma subñalis nec forme accñtales sunt pncipia effectiua que mouẽt. sed solum instrumẽtalia quibus scz totum cõpositũ mouet seipm. Si qras secũdo. quõ ergo in sacramẽto altaris grauitas mouet seipam. Dõm ẽ q q̃uis ibi sit motus. nõ tñ est mouẽs quo nec mouẽs qd. sed ẽ ibi motus sine subiecto qd sicut ⁊ alia accidentia Si qras tercio quõ ergo erit propriũ aiatorum mouere se. Dico q in aiatis ɔsiderãda sunt tres entitates. s. materia que ẽ corpus. ⁊ forma subñalis que ẽ aĩa. ⁊ totum resultãs ex vnione illarum. Totum ergo ipm ẽ illud qd mouet. Forma subñalis ẽ illud q̃ mouet. Corpus aũt est illud quo mouetur totũ cõpositũ. Nec ĝ forma nec materia est illud qd mouet vel mouetur. In hoc ĝ ɔueniũt grauia ⁊ leuia cũ aialibus. Sed qr aialia mouẽt p cognitõem ⁊ q̃ ad inceptõem ⁊ ɔtinuatõem motus. nõ aũt grauia ⁊ leuia simpliciter. ĝ. Possz queri an motus aialiũ esset naturalis vel violentus. de quo dcm̃ ẽ supius Si qras qrto. nã ex dcis videtur sequi q idem referetur ad seipsum relatõne reali qd videtur esse incõueniẽs. ⁊ ɔtra phm qnto metaphice. Dico cũ frãcisco de marchia q hoc nõ est incõueniẽs in relatõnibus extrinsecus aduenientibus. Respõdent tamẽ alij dicẽdo q non est incõueniẽs eiusdem tanq̃ subiecti ad seipm esse relatõem realem. sicut fundamẽti ad terminũ

Questio secũda.

Utrum cuiuslibet rei sit dare pmũ ⁊ vltimũ instans tam sui esse q̃z nõ esse. Pro cuius solutõne attẽde pmo. q duplices sunt res. quedã eñ sunt indiuisibiles ⁊ rapti trãseuntes. Alie vero sunt diuisibiles ⁊ pmanentes. Exemplum pmi sicut instãtia ⁊ momẽta ⁊ mutata eẽ. Exemplum secũdi sicut res naturales. Res aũt diuisibiles sunt duplices. quedã eñ sunt pmanentes. ⁊ quedã successiue. Et iste sunt duplices. quedã sunt essentialiter ⁊ qdditatiue successiue sicut tẽpus. Quedã vero accñtaliter ⁊ denominatiue sicut motus. Res aũt pmanẽtes sunt duplices. quedã eñ sunt pmanẽtes quo ad esse. ⁊ successiue quo ad fieri quedã vero pmanẽtes quo ad vtrũq̃. Et iterum res permanẽtes quantũ ad eẽ sunt duplices. quedã eñ dependent in esse ⁊ ɔseruari a rebus successiuis. sicut pitas istius propõnis sortes currit depẽdet a cursu sortis Alie vero neq̃ in esse neq̃ in ɔseruari dependẽt a rebus successiuis. Et iterum depẽdentes a rebus successiuis sunt duplices. quedã eñ habẽt latitudinẽ partiũ gradualiũ. fm quas successiue ⁊ pticulariter acquiruntur. alie vero cõsistunt in indiuisibili Attẽde secũdo. q duplex ẽ non esse rei. quoddã eñ est nõ esse añ eẽ. Aliud ẽ nõ eẽ post eẽ. Solum aũt hic fit questio de vltimo non eẽ añ esse. ⁊ nõ de pmo nõ esse post eẽ Attẽde tcio. q illud dicitur hẽre primũ instans sui eẽ de quo pe dicitur illud nũc est ⁊ nũq̃ prius fuit Illud po dicitur hẽre vltimũ instans sui eẽ de quo pe põt dici hoc nũc ẽ imediate post hoc nõ erit Illud po dicitur hẽre vltimũ instans sui eẽ de quo pe põt dici hoc nũc ẽ ⁊ imediate post hoc non erit. Illud po dicitur hẽre primũ instans sui non eẽ de quo pe põt dici hoc nũc non ẽ ⁊ imediate añ hoc fuit Ad soluẽdum ĝ difficultates circa hanc q̃stionem orẽtes notande sunt quatuor regule. Prima regula est. q̃cunq̃ alicuius rei ẽ dabile primũ instans sui eẽ nunq̃ est dabile vltimũ instans sui non eẽ añ eẽ Patz quia aut illud instans essz idẽ in quo res hrẽt eẽ ⁊ nõ eẽ. ⁊ tũc simul essz aut non essz. aut aliud ⁊ aliud. Et tunc inter illa essz tẽpus mediũ aut ĝ illa res in illo tpe essz. ⁊ sic nõ essz datum primũ instans sui eẽ. vel non essz ⁊ sic nõ essz datũ vltimũ instans sui nõ eẽ. vel nec essz nec nõ essz qd est ipossibile. Scda regula. q̃cunq̃ alicuius rei ẽ dabile vltimũ instans sui eẽ. non ẽ dabile primũ instans sui non eẽ post eẽ. probatur sicut pcedẽs. Tercia regula cuiuscũq̃ rei non ẽ dabile primũ instans eẽ illius ẽ dare vltimũ instans nõ eẽ añ eẽ. Et cuiuscũq̃ nõ ẽ dabile vltimũ instãs non eẽ añ eẽ illius ẽ dabile primũ instãs eẽ. patz quia sumatur tẽpus adequate mẽsurans eẽ. Et q̃ratur vtrum in primo instãti illius tpis hẽat eẽ vel nõ eẽ ⁊ qdcũq̃ dices hẽtur intẽtum Nõ eñ põt dici q in illo instanti hẽat simul eẽ ⁊ nõ eẽ. vel qd nec hẽat eẽ nec non eẽ. quia duo ɔdictoria eẽnt simul pa vel falsa. Quarta regula. cuiuscũq̃ rei non ẽ dabile vltimũ instans eẽ eius est dabile primũ instãs nõ eẽ post eẽ. ⁊ ecõtra. hec regula põt pbari sicut pcedens Rñr ĝ ad q̃stionẽ p sex regulas Quarum pma est de rebus durantibus solũ p vnum instãs ⁊ est hec cuiuslibet rei durãtis solum p vnũ instans ẽ da

bile pmū ⁊ vltimū instans sui esse. sed nō est dabile primum aut vltimū instans sui nō esse. Prima pars patet. qa si aliqua res solum duraret p aliquod instans in illo instanti verū est dicere. hec res nūc est. ⁊ immediate ante hoc non fuit. ⁊ immediate post hoc nō erit. Pz etiam q: cum nō duret nisi p vnū instans illud instans in quo est ē primū ⁊ vltimū sui esse. Scđa pars pz p pmā ⁊ scđam regulas opteret eñ al's simul esse ⁊ nō esse. aut nec esse nec nō esse. aut instans esse imediatū instanti. Scđa regula ⁊ tcia sūt de rebus pmanētibus que durāt per tēpus ⁊ generant ⁊ corrūpunt p alteratōnem pcedentē. Est ergo secūda regula. dabile ē pmū instans in quo res pmanens habz esse qđ sequit nō esse sed nō est dabile vltimū instans in quo habz esse. Pria pars pz. quia sit aliqua res pmanens cuius esse acqrit p alteratōem pcedentē. ⁊ accipiat tota alteratio precedens generatōez eius tūc querit an illa res in instanti tminante totā alteratōez habeat esse vł nō esse. Si hēat esse tūc cum certū sit eam pus nō habuisse esse. eo ꝙ tota alteratio precedit esse eius. illud instans est pmū sui esse. Si vero nō hēat esse cū talis res nō acquirat esse post nō esse nisi p alteratōem pcedentē reqrit vlterior alteratio ad hoc ꝙ illa res hēat esse. ⁊ sic illa alteratio nō erat tota qđ est ɔtra pōnem. Tercia vo ps probat per pmam. q: forma inducta ɔria forme expulsio p corruptōem ē r es pmanens. ergo eius est dabile pmū instans esse. ⁊ p ɔñs nō est dabile vltimū instās esse illius forme que p corruptōez expellit. hec vltima ɔña patz. qa alit opteret dicere instans esse imediatū instanti. ⁊ formas ɔrias in eodē instanti esse in eadē materia. aut pro aliquo iste formā. nec eius ɔrium esse in ipa. Tercia regula. nō est dabile vltimū instans in quo res permanēs habz nō esse añ esse. sed ē dabile primū instans in quo habz nō esse post esse. ista regula pz per pcedentes regłas. al's sequerēt incōueniētia pus inducta. Due alie regule sūt de rebus successiuis. Est ergo quarta regula. ꝙ neqꝫ est dabile primū instans in quo res successiue hz eē nec etiā vltimū. hec regła pz de motu ⁊ alijs successiuis. q: sicut pus pbatū est in sexto huius. Ome qđ mouet pus mouebat ⁊ post ea mouebit. Quita regula. dabile ē primū instans in quo res successiua hēt nō esse post eē. dabile ē etiam vltimū in quo hz non esse añ esse. hec regula pz p pcedentes. Sexta regula eodē modo dđm est de rebus pmanētibus que dependēt a rebus successiuis in eē ⁊ ɔseruari sic; de rebus successiuis a qbus dependēt. vt eodē modo dđm ē de veritate huius propōnis sortes currit sicut de re a qua dependet. Ex qbus pz ꝙ rei raptim trāseūtis est dare primū instans ⁊ vltimū esse. sed nō primū ⁊ vltimū nō esse. Rei vero successiue ecōtra. dabile eñ est primū ⁊ vltimū nō esse eius. sed nō sui esse. Rei aūt pmanentis durantis p tēpus nō dependētis in esse ⁊ ɔseruari a rebus successiuis ē dabile primū instans sui esse ⁊ nō vltimū. ⁊ primū instans sui non eē ⁊ non vltimū. Et si arguas. qa sm phm penitus incōueniēs esse videt si fcm ⁊ mox necesse ē corrūpi. Ex ista autoritate hapet ꝙ ipossibile est aliquā rem durare soluz p instans. Et hoc pbat Cōmētator qa sequeret ꝙ illud qđ gñaret oon hēret esse in actu. nec gñatio eius essz tmiata ad eē in actu qđ est incōueniens. quia gñatio tminat ad ens in actu. ome āt ens in actu est in tpe. Pz secūdo. quia seqret ꝙ natura ageret ociose qđ est incōueniēs. ɔña pz. nā ex quo gñatio ē via ad formā. ⁊ qđlibz (qđ trāsmutat) desidat q̄etez ⁊ pmaere in tmīo trāsmutatōis. natura frustra ageret. Si res postqꝫ ē genita nō duraret. nisi p instās ⁊ nō p tēpus. ⁊ qđ dicit de gñatōe que ē (ad formā subñalē) idem dđm est de alijs mutatōnibus. Ad hoc dđm. ꝙ phus ⁊ Com. debēt intelligi de formis p se acqsitis sm cōem cursum nature. ⁊ vt ɔtingit in pluribus. qꝫuis āt id qđ durat p vnū instās tm̄ nō sit ens in actus actualitate duratōnis. est tamē in actu actualitate pñtic. ⁊ qꝫuis genera° si accipiat prope debeat tminari ad ens in actu actualitate duratōnis. tamē si accipiat cōiter sufficit ꝙ tminet ad ens n actu actualitate pñtie.

Questio

tercia. vtrū ōne quod reflectitur q̄escat in pūcto reflexionis. Dic pmo. ꝙ quāuis mobile nō q̄esceret in pūcto reflectōnis. tamē motus por ⁊ posterior nō erunt vnus motus. nec adiuicē cōtinuabūtur. Nā si pila proiecta in trā nō q̄esceret in tmino ad quez. iste motus adhuc nō esset vnus. q: vnus essz sursum ⁊ alter deorsum. vnus naturał ⁊ alter violentus. Dic scđo. ꝙ non opz ōme qđ reflectit quiescere per accñs in pūcto reflectōnis. ⁊ ideo nō opz muscā ascendentē lanceam q̄escere cū reflectit si lancea cadat deorsum. sic etiā non opz sagittā vel pilam vel aliud emissū contra molarē cadentē quiescere in pūcto reflectōnis. qa tale quodāmodo p accñs reflectit. nec ex hoc sequit ꝙ motus reflexus continuet precedēti. nō eñ sufficit ad cōtinuatōem motuū ꝙ nō intrūpant quiete intmedia. Fuerūt ergo illi motus aliqđ sic; si quis imediete post alteratōem sui incipiet augmentari non erit intruptio motus per q̄etem. ⁊ tamē non erit tm̄ vnus motus. sed duo ɔnter se habētes. Alij tamē dicūt aliter. dicūt eñ ꝙ casu posito sagitta q̄esceret in pūcto reflectōnis. nec ex hoc sequit molarē quiescere cū sagitta nō pueniret ad ipm propt pturbatōem aeris fcm p impetū aeris descendentis. Aer ergo ɔdensabit. ⁊ propt istam ɔdensationem stabit sagittā quiescere p aliqđ tēpus qꝫuis impossibile sit. Dic tcio. ꝙ nō stat aliqđ mobile naturalit moueri motu naturali ad aliquē tminū. ⁊ ad illam reflecti sine quiete media. patz quia motus naturał essz frustra si subito mobile amitteret tminū acquisitū p illū. Dic quarto. ꝙ mobile qđ mouet ad aliquā dñtiam pōnis ⁊ propt defectū vtutis motiue reuertit in locū priorē. necesse ē in pūcto reflectōnis q̄escere. qꝫuis autez nō pcipiatur sensibilit quies est tamē ibi. Et si arguas. quia tūc graue extñs sursum ⁊ nō prohibitū nō moueret statim. negat ɔña. quia tale graue in pūcto reflectōnis est prohibitū ne statim moueat deorsū. ⁊ hoc p vtutez impssam a projcitnte. que quāuis nō sit sufficiens ad mouendū vlterius graue sursū. est tm̄ sufficiens ad sustinendū ne moueat deorsū imediate. cum aūt dicit phus reflexū eñ necesse ē stare nō solū in recta sed ⁊ si sm circulum feratur. Qꝫ autē necesse est stare fides est nō solum in sensu. sed ⁊ in rōne. Intelligendum est tamē hoc cū aliquid reflectit per se. ⁊ nō semper cum reflectit per accidens.

Questio quarta.

Utrum solus pmus motor sit infinite vtutis. Pro cuius solutōne attende pmo. ꝙ aliqđ esse infinitū pōt intelligi duplicit. Uno° sm duratōez q: scz durat tpe

finito ꝛ ꝟm p̄hm ꝛ ꝟm Cōmen. p̄mus motor ꝛ alie in-
telligētie ab ip̄o celū ꝛ ml'ta alia sūt infinita. q̄uis ꝟm
veritatem solus deus sit hoc mō infinitus. ¶ Secūdo
mō quia mouet motu infinito ꝟm duratōem non aūt
ꝟm velocitatē. ꝛ sic etiā ꝟm ip̄os sole intelligētie ꝛ cor-
pora celestia sūt infinite. Secūdo mō quia motor mo-
tu locali vno ꝛ ꝯtinuo mouet ꝑ infinitū tēpus. ꝛ sic ꝟm
eos q̄libet intelligentia ē infinita. quia q̄libet intelligē-
tia ꝟm Arestotelē mouet orbem motu locali circulari
infinito. quāuis hoc modo sit verum ꝟm veritatem
Quarto mō aliquid dr̄ infinitū quia ip̄m impтibilit'
ꝛ a se mouet motu locali ꝑ tempus infinitum. ꝛ sic ꝟm
eos solus p̄mus motor est infinitus. ¶ Attende scđo.
ꝙ duo sūt modi infinitatis quos p̄hs reprobat impos-
sibiles. Unus est quo aliquid diceret' infinitum actu
ꝟm extensionē ꝛ quantitatē mobilis. Alius est quo ali-
quid diceret' infinitum intēsiue ꝛ sic ꝟm eum deus non
est infinitus. nō eñ est extēsus ideo nō est infinitus pri-
mo mō nec quocūq; mobili dato pōt dari maius. imo
si celo adderetur vna stella nō posset plus ip̄m mouere
nec etiam quacūq; velocitate data possꝫ mouere velo-
cius. nec pōt mouere in instanti. si tamē essꝫ infinite vir-
tutis om̄ia hec possꝫ. Et nō solum possꝫ mouere infi-
nita velocitate aut in instanti. imo de facto mouerꝫ cū
agat de necessitate nature. Om̄e aūt agens ex necessita-
te nature si nō impediat' agit ꝟm vltimuꝫ sue ꝟtutis. ꝛ
ꝟtuti infiniti nō pōt obesse aliqđ impedimentū. Dicē-
dum est ergo ad questionē ꝛ firma fide tenendū. ꝙ pri-
mus motor est infinite ꝟtutis ꝛ potētie tam intēsiue q̄
ꝟm duratōnem ꝛ nihil aliud ab ip̄o. cum ip̄e solus sit
oīpotens ꝛ habens simpl'r oēm perfcōnē. quāuis hoc
non fuerit de mente p̄hi ꝛ sui Cōmentatoris. qui nō
cōcessissent p̄mum motorē esse infinite ꝟtutis intēsiue.
cum nō possit mouere velocius q̄ moueat. Nec posset
aliquid ex nihilo producere. eo ꝙ est infinita distantia
entis ad nihil. Et si queras. q̄uo ergo p̄hus probat so-
lum p̄muꝫ motorem esse infinite ꝟtutis cum tamē ml'-
te alie intelligentie sint infinite ꝟtutis. ꝛ mouet ꝑ tem-
pus infinitum sicut ꝛ ip̄e. Dēm est ꝙ ip̄e solus p̄mus
motor mouet impтibiliter ꝛ a se ꝑ tēpus infinitum. nō
aūt alie intelligentie. Aliter tamē respondent alij dicen-
tes p̄hm velle p̄mum motorē esse infinite ꝟtutis ꝛ vi-
goris. ꝛ non aliq̄d aliud ab ip̄o. quia ip̄e solus mouet
tanta velocitate infinita ꝙ nō potest maior reperiri. ꝛ
ideo ip̄e dicit' infinitus in vigore. nō autem alia. Alij
dicunt p̄mum motorem solum esse infinite ꝟtutis intē-
siue. nec ex hoc sequit' ip̄m mouere in instanti. quia ip-
se p̄mus motor nō est imediate mouens celuꝫ. imo mo-
tor ip̄ius celi est quedā intelligentia que est ꝟtutis fi-
nite. cuius tamē virtus continuat' per tēpus infinituꝫ
a primo motore qui est infinite ꝟtutis tam ꝟm dura-
tionem q̄ ꝟm intensionem. ¶ Ad ratōnes ante opposi-
tum patet solutio ex precedentibus. Et sit deus bene-
dictus in secula seculorum. AMEN.

¶ Explicit octauus phisicor.

D E primis quidez igitur cau℞ ⁊c.
In p̄cedentib⁹ determinauit Aresto. de corpe naturali simplr. ⁊ de corpe naturali q̄d est mobile ad vbi. ⁊ de corpe naturali vt ē mobile ad formā p̄fcām. In hoc libro metheororuz (q̄ nūerat̄ q̄rtus inter libros phie natural̄) determiat phs de corpe naturali qd ē mobile ad formā impfcām. siue de impssionib⁹ metheorologicis sub rōne naturalitatis mixti impfci tanq̄ de subiecto scie illius libri. Diuidit̄ aūt ille liber in q̄tuor libros ꝑtiales. Prim⁹ est de elemētis ⁊ de impssionib⁹ igneis ⁊ aqueis ⁊ aereis. ⁊ de ventis in gn̄ali ⁊ de fluuijs. Scd̄s est de mari ⁊ de ventis in speali de motu terre. de tonitruo ⁊ chorruscatōe. Terci⁹ est de ethnephia tiphone fulmine halo. iride virgis ⁊ pareleis. Quart⁹ est de opibus p̄maꝝ qualitatū ⁊ passionib⁹ cōsequētib⁹ diuersitatē mixtoꝝ. ⁊ de subiectis illaꝝ passionū. Hēt aūt p̄mus liber q̄tuor tractat⁹. quorū prim⁹ est de elemētis vt sūt cā metheorologicaꝝ impssionū. Et diuidit̄ in q̄nq̄ capl'a. In p̄mo determiat de recollcōne eoꝝ que iā dicta sūt. ⁊ sic determiando in hoc libro diuidit̄ in duas ꝑtes. In p̄ma ōndit qd iam dictum ē de p̄mis cau℞ reꝝ. ⁊ de motu in cōi ⁊ hoc in libris phicoꝝ. Dcm̄ est etiā de corpibus celestib⁹ ⁊ de elemētis que ⁊ quot sūt. ⁊ hoc in libris de celo ⁊ mūdo Dcm̄ est etiaz de gn̄atione ⁊ corruptōne in cōi ⁊ q̄uo drīt ab alijs trāsmutatōnib⁹ scz augmētatōne diminutōne ⁊ alteratōne. Nūc ꝯn̄ter determiandū est de aliquib⁹ que fiūt ꝑm naturā inordinatorē q̄ p̄ma elemēta corpm. ⁊ hoꝝ quedā fiūt in ꝑte ꝓpiqua corpibus supiorib⁹ sicut gallatia ⁊ fantasmatā. i. ignes appentes. Alia ꝟo gn̄antur ex aqua alterata ad naturā aeris. ⁊ aere alterato ad naturā aque. Determiandū est etiaz de mari de cā fulminū. de eptiphonib⁹ ⁊ incēsionibus ⁊ de oībus que gn̄ant̄ per coagulatōnes. Et postq̄ fuerit determiatū de istis ꝯsiderādū erit de aīalibus ⁊ plātis in vl'i ⁊ ꝑticulari. q̄bus determiatis erit fere finis eoꝝ que in p̄ncipio ꝓposuimus ¶

¶In hoc scd̄o capl'o inq̄t Aresto. de cau℞ impssionū metheorologicaꝝ in gn̄ali. Pro quo supponit p̄mo. q̄ in natura est vnū corpus circulariter motū p̄mū oīm corpm Deiñ sunt q̄tuor elem̄ta quoꝝ quedā mouent̄ a medio vt ignis q̄ oīb⁹ supeminet. quedā vero mouent̄ ad mediū vt terra q̄ omibus substat. Et inter terrā ⁊ ignez sūt duo elemēta scz aer qui ē ꝓpe ignē. ⁊ aqua q̄ est ꝓpe terrā. Ex quo ī fert q̄ iste mūdus ē de necītate ꝯtinu⁹ lationib⁹ superiorib⁹ vt inde tota ꝟtus eius gubernet. Cui⁹ rōem assignat. quia ipm celuz ꝑ motuz suū (qui ē perpetu⁹ ⁊ sine termio) est cā efficiēs motus in oībus corpibus inferiorib⁹ Sūt ergo due cāe hmōi impssionū scz causa material̄. ⁊ cā efficiens. vn̄ q̄tuor elemēta sūt cause materiales impssionū metheorologicaꝝ. ⁊ motus celestis ē cā efficiēs eaꝝ. ignis em̄ ⁊ terra ⁊ singenea his id ē in gn̄e silia sūt cause materiales eoꝝ que fiūt. ⁊ ipse p̄mus motus est cā efficiēs Dōm ē ergo nobis etiā de cometha ⁊ lacte ⁊ alijs q̄cūq̄ istis existūt singenea. Et pro oībus istis supponit q̄ ignis aer aqua ⁊ terra fiūt ex seiuicē ⁊ vnūq̄dq̄ illoꝝ est in pōña in alio sicut ⁊ q̄libet alia que fiūt ex seiuicē. naz ꝓrioꝝ est vnuz subcm̄ cōe in qd resoluit̄ vltimū textus (Primū quidem igit̄ ⁊c.

¶In hoc tercio capl'o vult phus determiare de q̄ntitate ⁊ ꝓportōne elemētoꝝ ad seiuicē ⁊ in compatōne ad celū. Et diuiditur in duas ꝑtes p̄ncipales. In p̄ma mouet vnū dubiū dicens q̄ q̄ntitas elemētoꝝ (que sūt hic circa nos) sat̄s est manifesta. Pz em̄ ꝑ astrologica theoreumata q̄ terra est valde ꝑua respcū celi. ⁊ silr̄ aqua que nūq̄ sepatur a terra. Sed dubiū est de alijs. vtꝝ scz inter celuz ⁊ terrā sit solū vnū elemētuz vel plura. et si plura q̄nta sūt. ⁊ quibus locis determiant̄. Hāc dubitatōnem soluit dicēs. q̄ ꝑus dcm̄ est in libro de celo de natura corpis celestis qd est alteri⁹ nature a q̄tuor elemētis Aliq̄ aūt antiq̄ sicut Anaxagoras dicebāt qd vocaretur ethera quasi eťno tpe durans tanq̄ nulli illoꝝ (que sūt apud nos) sit silē. Et ī hoc bn̄ dixerūt q̄uis Anaxagoras putabat ipm ethera vocari eo q̄ essꝫ de natura ignis. Et hoc idez reputauit q̄dem posterior noīe Macrobius q̄ scz inter celū ⁊ nos solū vnū elemētū mediaret. nō em̄ vtiq̄ dicem⁹ semel neq̄ bis neq̄ raro easdē opiones reiterari in hoībus sed infinities. Deinde dt phs reprobādo hāc opionē q̄ celum neq̄ est de natura ignis nec intmediuz inter celum ⁊ terrā est plenū solo igne Probat̄ q̄ si sic iā diu oīa essent ānihilata. Si aūt dicētes opposita illud ꝯsiderassent iā diu destitissent de hac opione q̄ est valde simplex credit em̄ q̄ propť hoc q̄ corpa celestia apparēt ꝑua que tn̄ ꝑm theoreumata astrologica sūt valde magna. Ex quo pz etiā q̄ si corpa celestia eēnt de natura ignis diu destruxissent oīa. Qz aūt nō sint plena aere pz quia tūc aer multū excederet equalitatē cōis analogie elemētoꝝ ad seiuicē. Est aūt illa cōis analogia q̄ ex vno pugillo terre fiūt decem aque. ⁊ ex vno aq̄e decē aeris. ⁊ ex vno aeris decē ignis. Qz aūt locus intermedius inter celum ⁊ terrā nō sit plenus duob⁹ scz igne ⁊ aere sic̄ videt̄ dixisse Macrobi⁹ Probat̄ duabus rōnib⁹. Prima q̄z nō est aliq̄ moles terre que ꝯtineat in se totā aquā. Scd̄o probat̄. q̄z nō pōt esse tantus excessus moliū. i. quantitatū ignis ⁊ aeris ad alia duo elemēta. qd probat̄ quia eadē est ꝓportio totius ad totū. ⁊ ꝑtis ad ꝑtem. sed ex vna ꝑte aque nō fiunt nisi decē ꝑtes aeris. ergo nec totā aquā pt excedere aer nisi in ꝓportōne decupla. ⁊ per ꝯn̄s non pōt esse tātus excessus ignis ⁊ aeris ad alia duo elemēta. Et si dicatur q̄ elemēta nō fiūt ex seiuicē. sed sūt equalia ꝑm ꝟtutem hoc nihil fcit ad rōnem. si em̄ inter ea sit eq̄litas ꝟtutis nccē est eā existere in magnitudibus ipoꝝ ⁊ ita seq̄tur idē qd ꝑus. Ex istis ergo pz q̄ neq̄ solus ignis neq̄ solus aer replent locuz intmediū celi ⁊ tre ¶ (Reliquū āt ꝑscrutātes)

¶In hoc q̄rto capl'o soluit phs duas questiones. Quaꝝ p̄ma est. vtꝝ in sup̄ma regione aeris dēant gn̄ari nubes. Et arguit p̄mo q̄ sic. nubes em̄ gn̄ant̄ ex frigiditate ꝯprimēte. sed sup̄ma regio aeris est multū frigida q̄z nō est ꝓpe astra. ⁊ ideo nō calefit ab eis. neq̄ prope terrā. ⁊ iō lumē solis nō pōt ad ipam reflecti. ergo nubes dēnt ī eo gn̄ari. Rn̄det aūt Aresto. ad dubiū dicens p̄mo. q̄ in infima regione aeris nō gn̄antur nubes. Probat

quia radii solares reflexi a terra prohibent nubium consistentiã rõne caliditatis que dissoluit et disgregat vapores simul ꝯgregatos ad gñatõnem nubis. ergo ibi nõ gñantur nubes. Scḋa ꝯclusio. in supma regione aeris nõ gñantur nubes propter tres cãs. Prima ẽ qr supma regio aeris ẽ iuxta ignem q̃ est calidus et sicc⁹ ergo ibi nõ gñantur. Scḋa est qr talis aer sp mouetur cum celo. ideo ꝯtinue calefit nec põt ꝯdensari in nubem. ergo. Et aũt aer supme regionis circulariter moueatur pbat. quia supma regio aeris est ꝯtigua igni sed ignis circulariter mouetur. ergo. Tercia cã est. quia ibi nõ fiũt venti. ergo nec nubes. Tenet ꝯña qr ventus fit ex exalatõne calida et sicca q̃ nata est altius ascẽdere ex quo gñantur nubes. (Nos aũt dicam⁹) Finaliter phs soluit scḋam questionẽ que ẽ quõ cãtur caliditas a celo et astris in istis inferioribꝫ Et ponit hanc ꝯclõem. motus celi est cã motus in corpe sibi ꝓpinquo scꝫ in igne. et qr motus localis ẽ calefactiuus sui mobilis. ideo mot⁹ celi mediãte motu cãto in corpibus inferioribꝫ et ꝓpinquis est cã caloris. videm⁹ em̃ motũ disgregare aerem et ignire et lata liquefcã videantur. Scḋa ꝯclusio. inter oĩa corpa celestia sol ẽ maxime cã caloris. Probat duabꝫ rõnibus. Prima q̃a sol velocissime mouetur. Scḋa quia non tm̃ distat ab istis inferioribꝫ sicut astra fixa. et lꝫ luna sit ꝓpinquior illis inferioribꝫ ipa tñ nimis tarde mouetur. Tercia cõclusio. corpa celestia nõ sunt formalr̃ calida. probat duobꝫ signis. Primũ quia astra nõ discurrũt per suũ orbem nec mouentur deorsum. Scḋm est qr inter oĩa sol maxime videtur esse calidus et tñ nõ est calidus. videtur em̃ albus et nõ igneus exñs. Circa hũc textum Attende pmo. ꝙ metheororum est noⁿ grecum. dr autem a metha qḋ est trãs et theoron ꝯteplatio quasi contemplatio eorum que sũt trans. i. in alto. Uel aliter dr a metha qḋ ẽ de et theoron videre qr de his (que visu ꝑcipiũtur deficiat) sicut sũt galatia et iris Uñ freqñter hec prepõ metha tm̃ ꝑcat sicut de vt methamorphoseos id ẽ descũs. Dicũt tñ aliqui ꝙ metheora id ẽ est ꝙ de impssionibꝫ. Sed hoc nõ placet Alberto ex eo ꝙ impressiones supiorum corpm cõiter sũt in oĩbus et simplicibus et ꝯpositis. essꝫ ergo nimis cõis acceptio istius nõis. Attende scḋo. ꝙ fm ꝙ ptꝫ in textu tres sũt regiones siue ptes aeris. scꝫ supior inferior et media Superior regia ẽ calida. inferior etiã calida. media vero frigida. Est aũt supior regio calida propter vicinitatem eius ad ignẽ Inferior aũt fm senecã i libro de naturalibus questionibꝫ est calida propter q̃tuor cãs. Prima. quia oĩs terrarum euaporatio (que multũ in se feruidi aridiq; hẽt) est in ipa. Scḋa causa qr calor solis resilit. i. reflectitur siue reuerberatur ab obiecto terre in infima regione. ideo plus hꝫ tẽporis qr solem bis sentit. Tercia cã quia supiora magis turbantur et agitãt ꝙ̃ inferiora. Quarta cã est Democriti. nã omne corpus q̃nto solidius ẽ tãto calorẽ citius recipit et diutius fuat. q̃nto aũt aer plus a terra recedit tãto sincerior est Attẽde tercio. ꝙ lꝫ corpus celeste agat i ista inferiora caliditatẽ ex suo motu põt tñ etiã agere frigiditatẽ. Unde Com. in de subña orbis dr ꝙ corpa celestia nõ calefaciũt fm ꝙ sũt calida et fm velocitatẽ motus. sicut etiã ptꝫ in sagitta dircã. Et expositores dant scḋam cãm scꝫ illuiationẽ. dicũt em̃ ꝙ lux videtur calefacere quãdo reflectitur. et ideo nõ est calefacere accñs proprium igni. sed est cõe igni et corpi celesti. sed forte dr de eis equiuoce. Calor em̃ ignis destruit entia illumiata ab igne. calor ꝓo corpm celestiũ largitur vitam vegetabilem et aĩalem. Et postea ꝯsiderãtes actões stellarum in ãtiquo tpe vere dicũt ꝙ quedã largiũtur calorẽ et siccitatẽ. quedã calorẽ et huiditatem. quedã frigiditatẽ et siccitatẽ. Ex q̃bus ptꝫ ꝙ mot⁹ solis vna cum luce et lumĩe est natus calefacere lꝫ sine alique stelle que ex propa influentia frigefaciãt et humectent Attende quarto. ꝙ nõ q̃libet motus localis est ꝑ se calefactiu⁹. quidã em̃ sũt frigefactiui sicut ptꝫ in euẽtatione aque calide vel faciei hũane. vñ motus localis velox et multũ ꝯfricatiu⁹ est ꝑ se calefactiuus. Causa aũt quare talis ꝯfricatio causat calorem nõ est illa quia scꝫ est pm⁹ motuũ. alr̃s em̃ omĩs mot⁹ localis calefaceret q̃libet em̃ est pm⁹ motuũ. Et similiter esset ita bñ causa frigefcõnis sicut calefcõnis. cum pmus motuũ sit causa aliorum. nec ideo calefacit ꝑcise quia rarefacit et disgregat ptes corpis moti. quia raritas et densitas ꝯsequũtur caliditatẽ et frigiditatẽ. nec ideo calefacit q̃a aer (qui ẽ naturaliter calidus) fortiter caliditatẽ suam a corpibus duris velociter motus. Nam quãdo aliquis simul ꝯfricat duos lapides causat calorem et tñ inter eos nõ est aer medius. sed ꝑcisa causa est corpm subtiliatio propter quã ad naturã ignis accedũt. sed tñ videtur difficile quomõ ex ꝯfricatõne aliorum corpm causatur calor et ignis sicut in fusili. et tñ ex ꝯfricatõne aliorum (que sũt magis dura) nõ cãtur

Queritur vtrum necesse sit hũc mũdum inferiorẽ esse continuũ lationibus superioribꝫ vt tota virtus eius inde gubernetur. et in eo inferius elemẽtum in ꝯcauo supioris collocetur

Arguitur primo ꝙ nõ. quia impossibile ẽ hunc mũdum inferiorẽ esse ꝯtinuũ lationibꝫ supioribꝫ. ergo nõ est necesse. Añcedẽs patꝫ primo. quia celi et istorum inferiorum vltima nõ sũt vnũ. ergo. Scḋo quia celum et ista inferiora non cõicant in materia. sed drñt specie. differẽtia aũt spẽ cõtinuari nõ possunt. Confirmatur. quia ꝯtingens est hũc mũdum esse continuũ lationibꝫ supioribus. ergo nõ est necẽ. Oppositũ em̃ añtis nõ implicat ꝯtradcõnem. ergo nõ est ꝯtingens Scḋo sic si omĩs virtus istorum inferiorum gubernetur a celo sequeretur pmo ꝙ actus volũtatis nostre nõ eẽnt liberi cũ gubernarẽtur a causa naturali. Sequeretur secũdo ꝙ celũ ageret ꝑ prudẽtiam et cognitionẽ. prudẽtis em̃ ẽ gubernare. Seq̃retur tcio ꝙ nihil posset corrũpi nec violẽter moueri cuꝫ gubernare sit in suũ finem dirigere Tercio sic. multe latões in istis inferioribꝫ non gubnantur a supioribus. Añcedẽs patꝫ pmo ꝑ articulum parisiẽsem. qui dicit. cessante motu celi ignis non cõbureret stupam. error Quarto sic. vnũq̃dq; elemẽtum est alteri contrariũ. ergo est alterius corruptiuũ. et per ꝯñs non ẽ alterius locatm̃. Confirmatur. quia terra nõ est locata in supficie concaua aque quia esset totaliter circũdata aquis qḋ repugnat nature viuẽtium. Si aũt ignis esset locatus in cõcauo orbis lune seq̃retur ꝙ ipe possꝫ ꝯburere corpa celestia sibi approximata. ille em̃ est propus actus eius. Seqretur scḋo. ꝙ ignis nõ esset nobilissimũ elemẽtũ cuꝫ nõ esset in loco medio qui ẽ nobilissim⁹

In oppositū arguitur a pho in textu. Pro solutione questionis sequūtur quatuor questiones

Questio prima.

Utrum necē sit hūc mūdū eē ɔtinuū lationibꝫ supioribꝫ Pro cuiꝰ solutōne ¶ Attēde pmo. ꝙ mūdus inferior nō est aliud ꝙ͂ spera oīm gn̄abiliū ꝛ corruptibiliū. siue aggregatū ex oībus gn̄abilibꝫ ꝛ corruptibilibꝫ ɔtentuꝫ infra ɔcauū orbis lune ¶ Attēde scđo. ꝙ necāriū capit̄ dupl'r. Unoº pro eo cuiꝰ oppoīꝰ implicat ɔdictionē. ꝛ id vocat̄ necāriū simpl'r Alioº pro eo cuiꝰ oppositū nō est possibile natural'r. ꝛ illud vocat̄ necāriuꝫ naturalit̄. Sil'r ɔtinuū pōt capi dupl'r Unoº vt dī cōtinuitatē indiuisionis. ꝛ sic illa sꝫ ɔtinua q̄ sic sunt adinuicē indiuisa. ꝙ eoꝝ vltia sꝫ vnū. Alia ē ɔtinuitas immediatōnis ꝛ indistātie. ꝛ sic illa dicūtur ɔtinua q̄ꝝ vltia sic sꝫ distātia ad seiuicē ꝙ imediate se tangūt. Sil'r latio pt capi dupl'r. vnoº p denoīato scꝫ p corpore celesti sursuꝫ lato. Alioº formalit̄ ꝛ p fcato p illis motibꝫ corpm celestiū sursū latoꝝ ¶ Attēde 3º ꝙ oīs ꝑtus istoꝝ inferioꝝ ꝛ eē vel natural' opaº ipoꝝ effectiue cātur ꝛ ɔseruat̄ in suo eē naturali a deo tanꝙ͂ a cā pncipali. ꝛ a celo tanꝙ͂ a cā instrumētali. ¶ Attēde qrto. ꝙ gubn̄are capit̄ dupl'r. vnoº modalit̄ ꝛ cognitiue. ꝛ sic ē vnus actus prudētie q̄ aliqs dirigit aliū in suū oppoīꝰ finē quē ɔgnoscit ꝛ sic nō caꝰ hic Alioº naturalit̄ ꝛ directiē. ꝛ sic gubn̄are ē aliq̄d in suū bonum naturale pducēdo aut ɔseruādo dirigere. ꝛ ad suam opationē naturalē inclinare. ꝛ sic capit̄ hic

Dic primo ꝙ nō est simpl'r necē hūc mūdū eē ɔtinuū ɔtinuitate pmoº dcā lationibꝫ supioribꝫ. ptꝫ qꝛ nō sꝫ eiusdē spēi nec vltia eoꝝ sꝫ vꝰ ¶ Dic scđo ꝙ necē est hūc mūdū inferiorē eē ɔtinuū lationibꝫ supioribꝫ. capiēdo necāriuꝫ ꝛ ɔtinuū scđoº Et lationes supiores pmoº ptꝫ qꝛ vltimū istiꝰ mūdi inferiorꝭ ꝛ vltimū spere lune se tangūt ¶ Dic tercio. ꝙ oīs ꝑtus natural' a corpibꝫ celestibꝫ gubernat̄. patꝫ qꝛ oē eē naturale ꝛ oīs opatio natural' istoꝝ inferiorū effectiē ꝛ instrumētalit̄ pducit̄ ꝛ ɔseruat̄ a corpibꝫ celestibus ¶ Dic qrto. ꝙ nō oīa indiuidua istius mūdi inferiorꝭ gubnant̄ a mūdo supiori. ptꝫ qꝛ mlta corrūpūtur ab eo. corrūpe aūt nō est gubernare

Questio secunda

Utrum p possibile vl' ipossibile secluso celo possit fieri actio in istis inferioribꝫ ¶ Attēde pmo. ꝙ triplices sꝫ opatōes istoꝝ inferioꝝ. qdā sꝫ naturales vt motꝰ lapidis deorsuꝫ ꝛ frigefactio aq̄. Alie sꝫ violēte vt motus lapidis sursuꝫ ꝛ calefactio aq̄. Alie sꝫ neutrales siue libere sicꝭ opatio volūtatꝭ ¶ Attēde scđo. ꝙ alit̄ loq̄ndū est fm mētē Aresto. ꝛ fm ꝟitatē. Ulꝰ de mēte Aresto. fuit ꝙ pma cā nō posset agere ad extra nisi mediāte celo. nā fm euꝫ motꝰ solis sub obliq̄ circulo ē cā gn̄ationū ꝛ corruptionū ꝛ oīm actionū naturaliuꝫ. ꝛ p ɔn̄s fm eū pma cā de necītate agit ad extra. necārio eīm pducit motū celi ꝛ mediāte eo ista inferiora ita ꝙ fm eū implicat ɔdcōem pmā cām pducere res celo nō ɔcurrēte effectiē. eo ꝙ pma cā nihil cāt sine scđa

Ex quo ptꝫ fm Aresto. ꝙ oīs ꝑtus natural' gubnat̄ a corpe celesti sic ꝙ implicat ɔdcōeꝫ aliquā rē naturalem eē ꝛ nō gubnari a corpibꝫ celestibꝫ ¶ Sꝫ tu dic pº fm ꝟitatē ꝙ nulla actio violēta gubnat̄ a corpibꝫ celestibus nec etiā libera. ptꝫ quia nullū corrūpēs alteꝝ aut impmēs ei dispōem malā ꝛ disɔueniētē gubnat ipm sicut supius patuit. sed sic ē de corpibꝫ celestibꝫ ꝛ actionibꝫ violētis ¶ Dic scđo. ꝙ q̄libet spēs istiꝰ mūdi inferiorꝭ ita gubernat̄ a corpibꝫ celestibꝫ ꝙ sp aliqđ indiuiduū est sibi subcē̄ ptꝫ. quia corpa celestia p suos motus nitūtur sibi sil'are ista inferiora ita ꝙ q̄ntū pn̄t ppetuūt ea omī mō quo ppetuare pn̄t Ista āt inferiora nō pn̄t ppetuari in aliq̄ indiuiduo. ergo sp aliqđ indiuiduū in q̄libet spē a corpe celesti ɔseruat̄. ¶ Dic tercio. ꝙ q̄cq̄d agit pma cā aut ɔseruat mediāte celo pōt ɔseruare sine eo. Ptꝫ quia pma cā se sola pōt facere oīa q̄ꝝ fieri nō iplicat ɔdcōeꝫ. sꝫ nullꝰ effcūs pductus a pma cā mediāte scđa iplicat ɔdcōeꝫ si agat sine ea igit̄ q̄libꝫ talis pt pduci a pma cā se sola. ꝛ hoc idē dꝛ in articulo parisiēsi. ꝙ q̄cq̄d pt cā pma cū scđa hoc pōt sine ea. Ex q̄ ptꝫ ꝙ pma cā nō agit de necītate ad extra. sed penitus libere. ita ꝙ quicq̄d ɔseruat ad extra potest nō ɔseruare. ¶ Dic qrto. ꝙ motu celi p possibile vl' impossibile secluso adhuc possūt oīa alia entia naturalia ī suo esse pduci ꝛ ɔseruari ꝛ opatōes naturales fieri. Ex quo ptꝫ ꝙ p impossibile corrupto motu celi p aliqđ tps agētia naturalia pducerēt suas actōnes naturales. Si eīn stupa ī aliq̄ instāti approximet̄ igni vel ipe ɔburet stupā vel agens naturale erit approxiatuꝫ suo passo ꝛ nō impeditū. et passuꝫ erit vltimatē dispositū et tn̄ nō aget in ipm. qđ videt̄ inconueniēs. et si agat nō aget in instāti. ergo in tpe

Questio tercia

Utrum q̄tuor elemēta sint adinuicē eq̄lia. Pro cuiꝰ solutione ¶ Attēde pmo. ꝙ elemēta eē eq̄lia pōt intelligi q̄drupl'r. vnoº eq̄litate extēsiua. Scđoº eq̄litate raritatis et dēsitatꝭ. Tertioº q̄ntuꝫ ad ꝟtutē agēdi et resistēdi. Quartoº q̄ntū ad materiā. et fm hoc pt intelligi q̄stio q̄drupl'r vtꝝ scꝫ sint eiusdē extēsionis. vl' eiusdeꝫ actiuitatꝭ. vl' eiusdē raritatꝭ et dēsitatꝭ. vel eq̄lia in maria ¶ Dōm ē ergo pmo. ꝙ ignis est in decuplo maior ꝙ͂ aer. et aer ꝙ͂ aqua. et aqua ꝙ͂ tra loq̄ndo de maioritate extēsionis. ptꝫ p cōem analogiā. i. pportōeꝫ quā ponūt phi int̄ elemēta. dicūt eīn ꝙ ex vno pugillo aerꝭ fiūt decē ignis ꝛc. ¶ Et si arguas. cuꝫ ergo ī corpe maiori sit maior ꝟtus q̄uo ignis iā diu nō corrūpit alia elemēta cū ea multū excedat Dico ɔcedēdo ꝙ ignis excedit oīa alia elemēta ī actiuitate ꝛ hoc nō appet nob eo ꝙ ipe ē rarior. ꝛ p ɔn̄s insēsibilior aliis elemētis. Et hoc propt̄ q̄tuor cās Pria cā est boetii in libro de ɔsolatōne. eo ꝙ gubnat̄ a deo disponēte ipa nō corrūpat ea Scđa cā est. qꝛ tpat̄ ab influentia celi. Tercia qꝛ tpat̄ a frigiditate medie regiōis aerꝭ Qrta qꝛ ꝟtus ignis tātū est dispersa ī maria ignis propt̄ sui raritatē ꝙ nō est satꝭ fortꝭ ad destruēdū ista inferiora. Et sil'r dōm ē de aq̄ respcū alioꝝ elem̄toꝝ ꝙ ipa est ī decuplo maior. Et si q̄ras q̄uo ergo nō appet nobis magnitudo aq̄ ɔgregata eīn q̄cūꝙ͂ aq̄ ipa nō appropiquat ad magnitudinē terre. Dico ꝙ si ɔgregētur magna maria ad quoꝝ finē alia nō pn̄t ptigere. et aque dispse p aerē ad irrigatōeꝫ plātaꝝ. Et sil'r aque

fōtales pluuiales stāgnales ⁊ ille q̄ ꝯtinent̄ in cauernis ipe ī decuplo excedūt magnitudinē terre. ¶ Dic scd̄o. ꝙ elemēta nō sunt eq̄lia in raritate ⁊ dēsitate. nā ignis ē in decuplo rarior ꝙ̄ aer si loq̄mur de igne in ꝓpria spera. ⁊ aer ꝙ̄ aqua. ⁊ inde ē ꝙ iste ignis nō apparet nob̄ sic᷑ cuꝫ difficultate aer appet nob̄. ¶ Dic 3° ꝙ elemēta st᷑ eq̄lia in q̄litatibꝫ actiuis ⁊ passiuis tam formalibꝫ ꝙ̄ ꝟtualibꝫ patꝫ qꝛ tm̄ hꝫ ignis de caliditate q̄ntū hꝫ aer de huiditate. aq̄ de frigiditate ⁊ terra de siccitate. Et q̄ntā ꝟtutē hꝫ ignis ad calefaciēdū se si fuerit fcūs frigid⁹. tātā hꝫ aer ad hūectādū se si fuerit fcūs siccus. ⁊ tātā aqua ad frigefaciēdū se si fuerit fcā calida. ⁊ t̄ra ad siccādū se si fuerit fcā huida. ¶ Dic q̄rto. ꝙ oīa elemēta st᷑ eq̄lia ī materia. patꝫ qꝛ si oīs terra in vnā ꝯgregata. ⁊ oīs aqua ī vnā aquā. ⁊ oīs aer in oēm aerē. ⁊ oīs ignis in vnū ignē Et oīa mixta cēnt resoluta in q̄tuor elemēta fm̄ ꝓportōeꝫ elemētoꝝ q̄ st᷑ in talibꝫ mixtis nō tm̄ eēt de natura ī vno elemēto sicut in alio lꝫ nō essꝫ eque extēsa nec ꝙ̄ rara ī vno sic᷑ ī alio. Sꝫ si mat̄ia vni⁹ tm̄ essꝫ ꝯpssa sic᷑ mat̄ia alteri⁹ tūc eēnt eq̄les. ⁊ ista st᷑ de ꝓportōne quā nat̄alit̄ dēnt hr̄e elemēta. lꝫ nō de illa quā hn̄t de facto. forte eīm nō est nat̄alit̄ scibile cui⁹ q̄ntitat᷑ sint elemēta. ⁊ quā ꝓportōnem possūt hr̄e ad seiuicem

¶ Questio quarta

Utrū ex aere possꝫ fieri euaporatio. Videt̄ eīm ꝙ sic. ṗmo. qꝛ in eo st᷑ ꝑtes subtiles ⁊ grosse. ꝑtes āt subtiles st᷑ sepabiles a grossis ita bn̄ sic᷑ in aq̄ ⁊ ī terra. Scd̄o sic. qꝛ huiduꝫ ē cā euaporatōis. aer āt est huidus Tercio sic ꝑ rōem senece ꝓbant᷑ ꝙ in aere nō st᷑ nubes. qꝛ aer ē calidus ⁊ ꝑ ꝯn̄s disgregatiu⁹ ꝑtiū nubis. Nisi diceres ꝙ media regio aeris nō est calida Contra arguit qꝛ cuiuscūꝙ natura ī medio ē ꝑnior ⁊ efficatior. ḡ media regio aer᷑ calidior ē alijs. eo ꝙ aer de natura ē calid⁹. Quarto sic. si aer medie regiōis essꝫ frigid⁹ ⁊ huidus ipe nō differret ab aq̄ q̄d est ꝯtra Aresto. in scd̄o de gn̄atione sic distiguentē elemēta.

Dic primo ad questionē. ꝙ duplex est rarꝫ ⁊ dēsuꝫ. q̄d daꝫ ē accn̄s corpis ꝯpositi ex mat̄ia ⁊ forā. Aliud ē q̄d est cā variatōis mat̄ie in ordine ad diuersas foras in spē elemēti. Raꝝ ⁊ densum ṗmo⁹ nō fcit euaporatōeꝫ. sed ē in ꝑtibꝫ aeris. Scd̄o ꝟo fcit eā ⁊ variat elemēta de forā ad formā. ⁊ nō repitur ī aere. sed ꝑ ipm̄ ex aq̄ fit aer. Si eīm reperiret̄ in aere opteret ꝙ ille vapor eleuaret̄ ad supiorē regionē aeris vl' ignis. sed ille ꝯsuit oē huidū sibi appositū. ⁊ ec᷑ huidū euaporabile dꝫ esse mag᷑ grossuꝫ ꝙ̄ aer. ⁊ subtilius aq̄ ita ꝙ sit mag᷑ corpale aut mediū inf corpale ⁊ spūale. nihil āt tā grossuꝫ ē in aere. ¶ Dic scd̄o. ꝙ aer ē vbiꝙ calid⁹. sed tn̄ in supiori regione ⁊ inferiori est mag᷑ calid⁹ accn̄talit̄. ⁊ in media mag᷑ frigidus. Cui⁹ cām assignat Albtus. qꝛ cū aer medie regionis nō īmediate ꝯiūgat̄ ṗmo mobili. nec et᷑ igni ipe non est calid⁹ caliditate vstiua. sed poti⁹ debili q̄ de facili ꝯsuitur a supueienti frigiditate Nubes āt siue sint in terra siue sint extra nat̄alit̄ st᷑ frigide. lꝫ modicū ex caliditate inferior᷑ regionis remittat̄ calor eaꝝ. cū tn̄ superiora petūt. vbi calor debilior ē ad nat̄aleꝫ ꝓprietatem redeūt Pariformit̄ sic᷑ aqua calefcā refrigerādo se refrigerat aerē sibi vicinū. ꝑ hoc patꝫ ad argumēta supius adducta. ¶ Ad argumētū āt de medio ⁊ dm̄ est. ꝙ eq̄liter hꝫ ꝓitare loq̄ndo de medio ꝑ eque distātiaꝫ q̄lis nō est media regio aer᷑ Et siliter loq̄ndo de medio nō impedito. sed h̄ nec ē mediū ꝑ eque distantiā nec materiā in suo cē naturali Vn̄ sic᷑ dr̄ in libro de crepuscul' vapores nō lōgius tribꝫ miliaribꝫ eleuātur sursum.

Ad rōnes añ oppo¹ᵛ Ad ṗmā dd̄m ē negādo añs. ad ꝓbatōnes ptꝫ solu°. Silr̄ ad scd̄aꝫ ⁊ terciā ¶ Ad quartā dd̄m. ꝙ elemēta q̄ntū ad suam subam ⁊ suā q̄litatē nō st᷑ ꝯria. tn̄ q̄ntitas vni⁹ nō est ꝯria q̄ntitati alteri⁹. ⁊ ideo nō repugnat q̄n supficies vni⁹ sit locus alteri⁹ ¶ Ad ꝯfirmatōeꝫ ꝯcedit̄ añs. Et ad ꝓbatonē ꝯcedit̄ ꝙ hoc ē ꝓpt̄ salutē aīantiū q̄ nō possent viuere si t̄ra essꝫ coopta aq̄s dato ꝙ t̄ra sic teneret suū ꝓpriū ordinē nat̄alit̄ dēret eē coopta aquis Ad aliā ꝓbatōeꝫ ptꝫ solutio ex his q̄ dcā st᷑. vn̄ loc⁹ ꝯcaui orbis lune mlt̄o nobilior ē loco cētri t̄re ⁊c̄.

¶ (His āt determiatis dicam⁹) ¶ In hoc scd̄o tractatu determiat ph̄s de impssionibꝫ ignit᷑. Et diuidit̄ ī q̄tuor capl'a In ṗmo determiat de stellis volātibꝫ capr᷑ saltātibꝫ ⁊ sil'ibꝫ. Et poīt q̄tuor ꝯcl'ones. in ṗma ꝓponit intentū dicēs. ꝙ det'iatis his. i. ꝑncipijs mat̄ialibꝫ impssionuꝫ opꝫ dicere cām q̄re flāme accēse ⁊ sydera discurrētia hoc ē stelle cadētes. ⁊ quedā alia q̄ dicūt capre saltātes apparēt circa celū. Et reddit rōneꝫ ꝙ hec oīa st᷑ idē. i. eiusdē spēi. ⁊ ꝓpt̄ eādē cām nō dn̄t eīm nisi fm̄ magis ⁊ min⁹. Scd̄a ꝯclusio ōndit q̄ sint cā mat̄iales ⁊ effectiue oīm istaꝝ impssionū ⁊ ē talis. Ex terra calefcā a sole eleuat̄ duplex exalatio. quedā est calida ⁊ huida ⁊ talis ꝓpriē vocat̄ vapor. ⁊ ista nō eleuat̄ a terra pura aq̄s huectata. Alia ē calida ⁊ sicca a dominio. ⁊ ista ꝓpriē vocat̄ exalatio fumosa. Ex hoc infert ṗmo ph̄s ꝙ exalatio q̄ (ē calida ⁊ sicca) ē leuior ⁊ ideo hꝫ eleuari vsꝙ ad supmā regionē aer᷑. vapor āt nō est ita leuis ⁊ ido nō mouet̄ ad supmā regioneꝫ sed ad mediā. ⁊ aliq̄ nō mouent̄ ita alte. Infert secūdo. ꝙ sic᷑ celū supeminet oībus inferioribꝫ corpibꝫ postea ignis. deīn aer. ⁊ ꝯn̄r alia elemēta. Ita etiaꝫ est de impssionibꝫ. quedā eīm in supma regione aer᷑. et q̄dam ī media. et quedā in supma ꝑte infime regionis quedā ꝟo st᷑ circa terrā. Tercia ꝯclusio. modus generatōnis impssionū ignitaꝝ talis ē. cuꝫ ꝑ caloreꝫ solis a corpibꝫ terrestribꝫ eleuata fuerit vsꝙ ad supmaꝫ regionē aeris exala° calida et sicca a dominio hn̄s aliq̄ntulū de huiditate aerea et fumosa. tūc adhuc calefit et inflāmat̄. et sic apparēt epicaumata. Epicaumata eīm dr̄ ab epi q̄d est sup et cauma incēdiū. q̄si incendiū apparēs in media regione aer᷑. nā in aere apparet flāma q̄ nō est aliud ꝙ̄ fum⁹. vel spūs siccus et ardēs Est eīm flāma sicci spūs ardor. et talis spūs ꝓpt̄ ei⁹ raritatē est inuisibil' donec inflāmet̄ ¶ Pro q̄rta ꝯclōne supponit ph̄s q̄tuor drās inter hmōi exalatōes. Primo dn̄t in pōne et situ. appent eīm aliq̄ sic᷑ traps lōga vel sicut lācea longa. alie ꝟo ad modū draconis. Scd̄o dn̄t in q̄ntitate. nā q̄dā apparent magne fm̄ omnem dimēsionē. et tūc appent ad modum stipule ardent᷑. Alie ꝟo apparēt longe sic᷑ lancee. Alie appent decescētes. ⁊ alie moueri ⁊ saltātes sic᷑ capre ⁊ sydera volantia. Dn̄a t̄cia ē in mō inflāmatōis. qꝛ q̄dā inflāmātur simul scꝫ in medio ⁊ extremitatibꝫ Alie ꝟo ṗmo inflāmant̄ in vna ꝑte ⁊ ꝯn̄r in alijs. ⁊ tūc appent mo-

uere ad modū capre saltātis si exalatio fuerit grossior in vna pte q̄ȝ in alia. ⁊ si fuerit gracilis appent impres/ siones ignite ad modū syderis volātis. Quarta dr̄a sumitur ex locis in q̄bus gn̄ant̄ hm̄oi impressiones. q̄dā enim gn̄ant̄ in supma regione aeris ⁊ inflāmant̄ ab ae re ꝯtinēte eas. Alie ṽo gn̄ant̄ inferi⁹ scȝ sub media re gione aeris. qn̄ scȝ propt̄ obstaculū nubis aut frigidi tatis exalatio nō pōt trāsire mediā regionē. ⁊ tūc a fri gido circūstante violēte ꝓijcitur inferi⁹ ex quo motu inflāmant̄. Et circa hoc mouet dubiū de syderibus volātibus. vtrū scȝ in rei ꝟitate vnus ⁊ idē motus lo/ calis sit tm̄ velox q̄ vna ⁊ eadē flāma ita velocit̄ mo ueatur sicut appet̄ ī syderib⁹ volātib⁹ aut ibi sit vna ex alatio lōga que ꝑus inflāmat̄ in vna pte ⁊ ꝯsequēter in a/ lijs. ita q̄ sit ꝯtinue noua inflāmatio. sicut si cādela ex tincta ponat̄ sub alia accēsa. ignis superioris cādele vi/ detur dn̄dere ad inferiorē. ⁊ tn̄ nō est ita. Sȝ fumus inferior q̄ est inferioris cādele inflāmat̄ vsq̄ ad cande lam. Rn̄det ph̄s q̄ qn̄q̄ fit vno mō ⁊ qn̄q̄ alio⁹. Uñ qn̄ exalatio gracil' eleuat̄ vsq̄ ad inferiorē regionē ae ris. ita q̄ vna eius extremitas ē sursum ⁊ alia deorsum tūc extremitas superior inflāmat̄. ⁊ ꝑnr alie ptes. ⁊ quā uis videat̄ dn̄dere tn̄ non dn̄dit sed ꝯtinue seq̄tur a lia ⁊ alia flāma. Silr qn̄ exalatio ꝯprimit̄ a nube ⁊ a frigido circūstāte tūc propt̄ nimiā ꝯpressionē expellit̄ ⁊ ꝓijcitur deorsum. Et ex tali motu calefit ⁊ inflāmat̄ ⁊ tūc ē verus motus localis. Et de hoc dat tale exēplū si aliq̄s inter suos digitos fortit̄ aliq̄d ꝯstrigit vt pu/ ta lapidē vel ceram tūc propt̄ nimiā ꝯpressionē lapis exit ⁊ ꝓijcitur. sic āt est in ꝓposito Est āt ꝯclu⁹ talis q̄ exalatōes (q̄ inflāmāt̄ in supma regiōe aeris) ascēdūt sursum. ⁊ q̄ inflāmant̄ in infima regione aeris nō ascen/ dunt sursum nisi violēte ꝓijciant̄. Ptȝ q̄r quilibet ꝑm naturā calidi nata est ferri sursum. sed illa que fiūt in supma regione aeris cāt̄ a calore illius regionis. iō sunt leuiores q̄ȝ ille que cāt̄ a calore infime vl' ab ex/ pulsione eius quā sequit̄ inflāmatio. Ex hoc ergo pȝ q̄ quedā exalatōes mouent̄ sursum. ⁊ quedā deorsum ꝑm q̄ a ꝯprimēte pellūtur deorsum. ⁊ quedā ad latus eo q̄ motus eaꝝ est ꝯpositus ex naturali ⁊ violento. Est enim violētus a proijciēte ⁊ natural' a propa leui/ tate. Ex istis oībus ptȝ q̄ impressiones sūt in inferiori loco q̄ȝ astra. ⁊ ideo etiā appent valde velocit̄ moue/ ri q̄d nō fieret nisi eēnt prope nos

In hoc scd̄o capl'o detm̄iat ph̄s de q̄busdā colori bus appentib⁹ in aere de nocte. Et ponit talē ꝯclusio nem. aliq̄n de nocte exn̄te serenitate qn̄ scȝ nō est mag/ nus vētus apparēt in celo quedā fantasmata q̄ nō sūt sicut flāme. sed sūt sicut colores rubei vl' nigri. Et tūc appet q̄ celū sit pforatū ⁊ q̄ in eo videat̄ vna ꝓfundi tas tanq̄ȝ abissus quā vocat ph̄s hyatus vl' voraginē Q̄r aūt tales colores dcān̄t nobis appere ptȝ quia sicut exalatōes eleuate qn̄q̄ inflāmant̄ vt dcm̄ est. ita qn̄q̄ ꝯdensent̄. ⁊ tūc lumen reflectit̄ vl' refrangit̄ a talib⁹ ex/ alationib⁹. ⁊ ex tali reflectōne talis luminis ad tales ex alatōnes ibi inspissatas cāt̄ appentie diuersoꝝ colo rum. et maxime ibi appet color purpureus aut pu/ niceus. Cā autē efficiens istoꝝ coloꝝ est lumē stellaꝝ vel solis modicū post occasum vel an̄ ortum. Nō fiunt aūt iste impressiones nisi in serenitate propt̄ duo. Pri/ mū est quia si esset ventus statim disgregaret mate/ riam illoꝝ coloꝝ. Scd̄m est. quia si eēnt multe nubes in aere lumē astroꝝ nō pueniret ad illam nubē. ⁊ ita nō appent hm̄oi colores. ⁊ iste diuersitates coloꝝ proue/ niūt propt̄ diuersam dispōem materiaꝝ penes grossiū ⁊ subtile.

(De cometis aūt)

boreales seu septētrionales. Sz auster eurus z lips di
cūtur australes siue meridionales. Apelliores p'o z
sephirus medio modo se habēt (Sūt autē tres pro
prietates ventorū Prima est ꝙ venti (qui flāt ab occi
dēte) sunt frigidiores. z venti qui flāt ab oriente sunt cali
diores. Secūda est. ꝙ venti q sunt ɔrij fm dyametrū
nō possunt simul flare qr illi venti flant p eādē lineā
Uel ergo vnus ē fortior altero z sic impetit eū. vl' sunt
eque fortes z sic mutuo seiuicem impediūt. Tercia p
prietas ē ꝙ venti (q nō sunt oppositi) pnt simul flare
Sed alia que dicit phus de ventis sufficient' patent
in textu.

De agitatione autē

z motu terre zc. In hoc 3° tractatu determīat phs de
motu tre. z diuidit' in tria capl'a. In p° poīt tres pp̄e
tates. qrū pria fuit anaxagore dicēt' trā eē late figure
quā dixit eē spōgiosā z porosā z hoc in pte inferiori.
sz in pte supiori dicit ipam magis ɔpactā propt' plu-
uias. z ideo dicit ɔsequēter aerem (q includitur in cō
cauitatibus terre) velocit' pellere ptē supiorem terre
motu pulsus quoscit terrā tremere. Hanc opinionē
reprobat philosoph⁹ quia nō reddit cām quare ma-
gis fit tremotus in vno loco ꝙ in alio. z magis in vno
tēpore ꝙ in alio. Secūda opinio fuit Democriti di-
centis ꝙ in terra sunt alique ɔcauitates que aliquādo
replētur aqua pluuiali. z quādo iterū veniebat alia
aqua (qa terra nō poterat pl⁹ recipe aquā) tūc propt'
violētiā fieret fractura terre. z ex consequēti fit tremo
tus. Hanc opinionē non reprobat. quia nullam hēt
expientiam. Tercia fuit opinio Anaximenis dicētis
ꝙ quādoqz terra propt' siccitatē extinguit' z tunc ptes
supiores terre cadūt in illas fissuras. z similit' pluuie.
Et propt' istum casum terra mouet' z tremit. Hanc
opinionē reprobat philosoph⁹ triplicit'. Primo sic. qr
si essz vera sequeret' ꝙ deberēt apparere plures tremo-
tus ꝙ appareāt. Secūdo. quia nō magis fieret tremo
tus in quibusdā locis ꝙ in alijs. Tercio. quia mot⁹
continui eēnt minores z tandē cessarent motus terre.
quāto eñ illa cauerna magis replētur aqua. tanto a
qua vl' terra cadens facerz minorē motum.
(Sed quoniā manifestum.) In hoc secūdo ca-
pitulo determīat philosoph⁹ de motu terre fm propriā
opinionē. Et ponit duas suppōnes. Quarū prima est.
ꝙ ab humido z sicco eleuātur exalatōnes z vapores. z
per alterū istorum oportz fieri tremotū. Secūda sup
positio. quāuis terra sit naturalit' sicca tamē propter
pluuias ē humectata. ideo v'tute solis z aliorū astrorū
infra trām gñatur exalatio calida z sicca que aliqñ-
do exit propt' poros terre. aliquādo āt totaliter manz
z quādoqz ptim exit z ptim manet. Jstis suppositis
declarat modū p quē fit motus terre. Et dicit qñ ta
lis exalatio inclusa in terra nō potest exire p poros ter
re z tūc ipa augmētat' z lenificat' quia calefit quasi tē
dendo ad naturā ignis z tūc fortiter z violente petit
exitum. z si nō pōt exire facit tremere trām. Jstum āt
modū gñationis motus terre declarat p aliqua sig
na. Primū est. qr motus terre vt in plurib' fiūt in trā-
quilitate. i. quādo non ē ventus. Et causa ē. quia ex
alatōes (q sunt materia illorū vētorū) tūc sunt incluse
infra trām z sunt cāe motus terre. Secūdū signū est
qr plures terre motus fiūt de nocte ꝙ de die. z in meri
die ꝙ in alia parte diei. z hoc ē ideo qr illa tēpora sunt
multū trāquilla. Terciū signū est. quia motus ter-
re magis fiūt in locis cauernos' eo ꝙ in talibus locis

inclufe funt multe exalatōnes caufantes terre motum. Quartū signū est. ꝙ tremotus maxime fiūt in autū/no ꝛ vere. Quintū signū est. q2 ad ꝑsum apparuerit mgni tremotus q̄ non cessauerūt donec rūperet terra in q ruptura exiuit magn⁹ ventus ꝛ maxima flāma ꝛ multi cineres. ꝛ signū est ex hoc ꝙ exalatio calida ꝛ sicca ifra trām inclusa ē causa tremotus. Sextū signū est. q2 ante tremotuȝ serenitate exn̄te apparet circa occasum solis quedā nebula subtilis ꝛ longa. Et cā hui⁹ apparētie est q2 cum exalatio fuerit in trā ꝑcussa remaēt aliquod gressuȝ i aere ex quo causat illa nebula.

In hoc vltimo caplo reddit cās quorūdam accidētiuȝ circa tremotū. Primū accidēs est ꝙ tremotus magn⁹ qn̄qȝ durat ꝑ quadragīta dies. qn̄qȝ vero ꝑ pauciores. ꝛ hui⁹ causa ē mltitudo exalationis. Scḋm accidens est. ꝙ qn̄qȝ ante tremotū fit magn⁹ sonus. Cui⁹ causa ē. quia i cōcauitatib⁊ terre multe st̄ exalatōnes q̄ vt exeant fortit ꝑcutiūt latera cōcauitatū terre. idō cānt sonum. Terciū accidēs est. ꝙ in tremotu quādoqȝ fit inūdatio aquaꝝ quia i cōcauitatib⁊ terre includūtur aque q̄ exitum q̄rentes ꝑ exalatōnes fortit cōmouent. idō tales exalatōnes suo impetu frāgunt trām ꝛ faciūt aquas tales fluere. Qr̄tum ē ꝙ ꝑ hmōi tremotū fcm̄ est ꝑticulare diluuiū. ħ ꝯtingit qn̄ flant oppositi vēti. Quintū accn̄s tremotus habēt fieri circa modicā ꝑtem tre. ꝛ nō ꝑm totam terrā. oppositū aūt est de vētis. Cui⁹ causa ē. q2 exalatio supra trām hȝ motum liberꝝ. infra trām āt impeditur. Sextū ꝙ tremotus fit dupl'r. Vno mō ꝑm latum ꝛ tūc vocat tremor. Alio mō ꝑm subt⁹ ꝛ sursum ꝛ tūc vocat pulsus. Septimū ē. ꝙ tremotus fiūt i insulis maris. q2 mltitudo maris infrigidat exalatōes infra trām. Circa hūc textū Attende pmo. ꝙ i antiqua ꝛ noua trāslatione ē differētia i vno caplo. Nā in āntiqua trāslatione pmittit capitulū determinās naturā venti septētrional' ꝛ meridiei antequā determinet de definitōne ventoꝝ qḋ credo a theofrasto vl' archelao eē appositū Unde Albtus dicit. ꝙ quia vētus ꝑȝ maximū suū posse nō equalit' est in oībus suis ventis. sed maxime repit in aqlonari ꝛ australi. idō pmo determinat de ipis Uñ hoc ē vtile ad ꝯsideratōem nature venti in vl'i propt' diuersitates opinātium de mał'iali ꝑncipio eius. Quidā em̄ dicūt ꝙ sit aer mot⁹. q̄dam vapor tereus Alij aliqḋ magnū corp⁹ celeste vl' aliud qḋ aerem violent' impellit. hec determinari non possent nisi ꝯsideraret natura eius in quo pmo repit. ꝛ idō cōuenient' in āntiqua trāslatione dicit posuisse ꝑhm proprietates venti austral' scȝ eē imbriferꝝ. ꝛ septētrionalis qḋ est eē frigidū. Attēde scḋo. ꝙ dr̄ña est int' vaporem ex quo fit vētus tremotus ꝛ ignis. nā exalatio ex qua fit ignis ē subtilior ꝛ min⁹ continua ꝛ ideo altius ascēdit. deiñ exalatio ex qua fit vētus. Ista em̄ a frigiditate medie regionis ꝑcutit inspissat ꝛ mouet ꝛ expellit aerē vt dicit Algazel. Sȝ exalatio que ē grossa nō ascēdit sed residet i viscerib⁊ tre. ꝛ ipa subtiliata ꝟtute solis facit tremotum Attēde tcio. ꝙ septētrio ꝛ meridies duplicit' capi pn̄t. Uno mō pro ptibus q̄ sunt iuxta polos mūdi. Scḋo mō ꝑm ꝙ sunt in distinct' climatib⁊. Nā in quolibȝ climate pōt assignari septētrio ꝛ meridies. Nō est āt necesse ꝙ vētus orientalis causet semꝑ iuxta pūctuȝ orietis vl' occidentis. imo pōt esse vētus septētrionalis in vno climate. ꝛ nō erit in alio. Uñ quintū clima accipit vētum a q̄rto q̄rtum āt a tcio. tcium a scḋo. scḋm a pmo. pmuȝ aūt accipit a ꝑte terre q̄ est vltra eq̄noxialeȝ ꝛ est regio meridiana simplex. Attēde q̄rto. ꝙ orion ē calidus sicut dicit in textu propt' q̄tuor. Primū est. propt' vicinitatem leonis vbi ē domus solis. Scḋm quia tūc directa diametro respicit nos. Terciū ex reflectōne circuli eo ꝙ diu morat circa eūdem locum circuli istoruȝ signoꝝ q2 ibi regirat. Quartū est propt' cōiunctōnem multaꝝ stellaꝝ ibidem

Queritur vtrum

imp̄ssiones causate ex exalatōnib⁊ calidis ꝛ siccis lateraliter motis circa trām sint tm̄ duodecī Arguitur primo ꝯtra suppositū. nā ventus nō est exalatio calida ꝛ sicca. Añs patȝ quia oīs vapor trestris est frigid⁹ ꝛ siccus. vētus autē est hmōi ergo ꝛ simil'r ita exalatio eius. Confirmat. quia si essȝ exalatio calida tūc tēpore ventoꝝ deberȝ vigere magna caliditas cui⁹ oppositū experimur Secūdo sic. nihil mouet naturaliter ad locum ꝯrium sue generatōni. ventus āt est genitus in terra vl' in media regione aeris. ergo vel naturalit' mouet ad trām vel ad mediam regionem aer̄ ꝛ per consequēs nō lateralit'. Confirmat. quia nō videtur ratio quare ventus moueret ad locuȝ maxime sibi oppositū. vtputa ab oriente in occidentē Tercio sic. auster est calidus ꝛ huidus. ergo nō est exalatio calida ꝛ sicca. Similit' boreas ē frigidus. Confirmatur. quia si ventus essȝ exalatio grossa ꝛ terrestris sequeret ꝙ deberȝ resolui in trām sicut vapor resoluitur in aquā. cui⁹ tamē oppositū videmus Quarto sic. plures sunt venti q̄ȝ duodecī. Patȝ ex experiētia nautaꝝ qui distinguūt primo vētos in quatuor. deinde in septem. ꝛ postea in sedecī. Et probat. rōne sic. quia st̄ quatuor pn̄cipales venti adiuicem cōtrarij quoꝝ quilibȝ habȝ duos collaterales. ergo poterit dari medius ꝑ eque distantiā ita scȝ ꝙ sicut semꝑ sunt duo cōueniētes cuȝ vno pn̄cipali ita erit vn⁹ medius eque distans ab vno sicut ab alio. ꝛ sic erūt sedecim. scilȝ quatuor pn̄cipales. quatuor eque distantes ꝛ octo collaterales. Et confirmat. quia ponunt duo venti erratici. ergo erūt plures q̄ȝ duodecim. In qualibet em̄ parte possunt eleuari exalatōnes que indifferenter nūc hac nūc illac a frigiditate pellant.

In oppositū arguitur a pħo in textu. Pro solutione questionis sequūtur quatuor questiones.

Questio prima.

Utrum ventus sit exalatio calida ꝛ sicca specifice ab aere distincta ab aere moto Ad hanc questionem respōdet Seneca pmo libro naturaliuȝ questionū. ꝙ ventus est aer motus in vnam ꝑtem ꝛ cum eo concordat quidā archelaus Aresto. diligētissimus discipulus. Mouens autē aerem ꝑm euȝ est aqua fluminis vel vapor ab aqua eleuatus. ꝛ primo in mōtibus interclusus. deinde cum mōtes eum capere non pn̄t ad vnā ꝑtē. vbi via liberior ē euadēs ꝛ i illā aerē ipellēs

De loco aūt in quo generātur venti dicit q loco pla-
no carent aura que ventum facere possit. ideo in locis
mōtosis plurimi videnꝛ venti. De tempore aūt vento
rum dicit. q maxime fiūt de nocte ⁊ non tm̄ de die. qc
quid eni ex te flumia ⁊ paludes emittūt multum est ⁊
assiduū. ⁊ hoc a sole p diē ꝯsumitꝛ. nocte aūt nō hauritꝛ
sed mag⁹ hoc qd haustū ē. ⁊ in mōtib⁹ inclusuꝫ i vnā
regionē emittitꝛ. Nā aūt grei vnā pte vēti dirigūtur ē
q sol addit eis stimlos ad flādū. radi⁹ eni solis ferēs
ad gelidē alia aera mittit. ⁊ hec erat qsi opio facta ab
Aresto. Sed ꝯtra eā arguo qdruplicitꝛ. Primo sic
distincta ꝑ impressionū genere ꝯ ntiuꝫ materia ⁊ radix
gnē distinguitꝛ. vetus aūt ⁊ pluuia st͡ impssiones disti
cte. ergo materia vtriusq distinguitꝛ. vapor aūt aqueus
est materia pluuie. ergo nō est materia ventoꝝ. Scdo
sic. quia si sic tūc sequeretꝛ q qncūq mltiplicarenꝛ vē
ti tūc etiā mltiplicaretꝛ vapor aqus. ⁊ p ꝯns mltiplica
retur pluuia qd est ꝯtra experientiā. cum eni incipit plu
uia cessat vētus. Tercio sic. nisi vapor terrestris esset
pncipiū alicui⁹ impssionis sequeretꝛ q ipe essꝫ frustra
cum ipe esset materia ex qua nihil fieret. nō eni pluuia
neq aliqua illaꝝ impssionū. Quarto sic. in corpib⁹
aīalium videm⁹ ventositatē siccā terreā facere vētum
⁊ esse distinctā a supfluitate huida. ergo hoc ideꝫ vi-
debimus in mūdo maiore. Tenꝫ ꝯnā. q in oībus im
pressionib⁹ est ꝓportio mūdi mīoris vt puta hoim ad
mūduꝫ maiorē. Dōm est ergo q materia ex qua fit
vetus est exalatio calida ⁊ sicca q per suā subtilitateꝫ
trāscendit aerē vsq ad mediā regionē que frigida ē.
⁊ ideo ab illa frigiditate ꝑcutitꝛ inspissata ⁊ mouetur
et mouet aerem sic͡ dicit Algazel nō tn̄ propꝛ hoc iste
aer motus dr ventus nisi p accidēs sed ista exalatio q
sic pellitur Ex quo ptꝫ q nō est veꝝ q vētus cātur qn̄
aer mutatꝛ in aquā. q silr opterꝫ q cārētꝛ quādo aqua
mutatꝛ in aerem ⁊ sic in meridie cōiter essꝫ vētus. eo q
tūc cōiter mutatꝛ aer in aquā virtute solis. Sed con-
tra ista arguitꝛ quadruplr. Primo sic. maxime mobi
le ad latus ē aer sꝫ ventus ē maxime mobilꝛ ad latus.
ergo ventus ē aer. Maior ē nota. Minor ptꝫ p psum
Scdo sic. illud ē aer qd ꝑcutitꝛ a nube. sed vētus ē
hmōi. ergo ⁊c. Tercio sic. nos exprimur ventū in flatu
follis. ⁊ tn̄ ibi nihil ꝑcutitꝛ nisi aer. Quarto sic. si
vētus essꝫ vapor siccus ⁊ terrestris dēret resolui in tras
⁊ dndere p ꝑticulas sic͡ aqua Ad pma tria dōm ē
q vētus p accidēs ⁊ denoiatiue pōt dici aer motus.
De facto eni ad motū istius exalatōnis pellitꝛ aer p
se tn̄ ⁊ formalr sola exalatio calida ⁊ sicca ⁊ lateralitꝛ
mota dr esse vētus Ad quartā dōm. q talis exala°
nō resoluitꝛ in trām. ⁊ hoc ē rōne sue siccitat͡. ⁊ ita nō
vnit ita ptem pti sic͡ vapor qui ē huidus. sic eni experi
mur q ptes terre nō ita cōicate sic͡ ptes aque nā terra
cōibilis ē melius q vnitur si cū aqua misceatꝛ Si q
ras pmo. quare ē q aliqui vēti mouenꝛ circularitꝛ. Di
co q hoc ē propꝛ tres cās. Prima ē influentia planeta
rum a qbus venti generanꝛ. Nā iupiter mouet aqlo-
nales. sol ꝟo orientales. luna occidētales. mars meri
dionales. q ergo stelle ⁊ planete circularitꝛ mouenꝛ ita
etiā venti pariformitꝛ. Scda rō. quia hic inferi⁹ vndi
q expellūtur exalatōnes nūc a calore eleuāte. nūc a fri
gore ꝯriante eleuatōni ipaꝝ. ⁊ sic ꝯtingit q nō indire
ctuꝫ sed circularitꝛ mouenꝛ. ⁊ ꝯnr venti Tercia rō q
exalatio sursuꝫ eleuata repcutitꝛ a media regione aer͡.
eleuatꝛ a calore ⁊ sic nō pōt indirctū ascēdere nec del-

cēdere ergo opꝫ q circūferētialitꝛ agitetꝛ Si queras
scdo. quare magis mouetꝛ ad vnū latus q ad aliud.
Dico q hoc ē a frigiditate medie regiōis aer͡. cū eni
frigiditas fuerat fortior in ortu expellit exalatōem ad
meridiē. cum aūt fuerit fortior ad meridiē expellit ad
ortum ⁊c. Si queras tcio. q̄re est q venti velocius
mouenꝛ in fine q in pncipio. Dico q hoc ē ideo. q in
fine plus eleuatꝛ de exalatōe q in pncipio Si q̄ras
quarto. q̄re st͡ plures venti i meridie ⁊ septētrione. in
vere ⁊ autūno Dico q quia fort͡ ⁊ multa exsufflatio
cātur a pmo vapore. cū ergo sol nō est i aqlone ⁊ me
ridie nisi p illuiatione ⁊ nō p pntiam corpis sui sicut
in oriēte ⁊ occidēte. ideo vapores ibi ꝯdensanꝛ in aq
vl ꝯsumūtur In pte aūt aqlonari propꝛ absentiā corpo
ris solis calor ē debilis. ideo nec ꝯsumit nec in aquā cō
densat Fiūt aūt plures tpe veris ⁊ autūni. eo q tūc cum
sol ascendit a meridie repit multos vapores iā eleua
tos quos aū se pellitat ⁊ fugat ꝟsus aquilonē. q nō po
tentes vlteri⁹ euadere erūpūt

Questio secūda.

Vtrꝫ sint tm̄ duo venti specifice a seiuicem distincti.
Pro cui⁹ solutōne Attēde primo. q qtuor st͡ ventī
pncipales. Quoꝝ prim⁹ dicitꝛ subsolan⁹ eo q sub so-
le nascitꝛ ⁊ procedit ab oriēte. cui duo venti ꝯiunguntur
scꝫ a dextris vulturn⁹ eo q alte tonat. de quo dr Lu
cretius. Altitonās vulturn⁹ ⁊ auster flamīe palleus.
Scds dicitꝛ auster ab hauriēdo. eo q nutrit nubes ⁊
infdum aerem corrūpit. ⁊ ideo a grecis dr notus. eo q
generat pestilentiā. hēt q duos laterales. quoꝝ vnus
dicitꝛ euroauster sic vocat⁹ eo q ab vna pte hēt euruꝫ
⁊ ab alia austꝝ. Sed altꝛ qui ē a sinistris dr austroaf-
fricus. ex eo q ab vna pte hꝫ austꝝ. ⁊ ab alia affricum
⁊ vocatꝛ ab alijs libonoth⁹. Terci⁹ ventus pncipalis
est fauoni⁹ ⁊ est ab occidēte. dr aūt a fauco faues vl fo
ueo eo q nutrit ⁊ viuificat gramīa terre. Et vocatꝛ a
grecis zophirus qsi viuere faciens. zo eni grece vi-
ta est latine. hꝫ eni a dextris affricū qui flat ab affrica
regione. A sinistris ꝟo choꝝ qui sic dicitꝛ. eo q circu-
lum ventoꝝ claudit ⁊ qsi choꝝ facit. ⁊ ab aliqbus vo
catur chaurus. ab aliqbus ꝟo agrestis. Quart⁹ ven
tus pncipalis dr septētrio. eo q venit a septētrione q
est ps celi in qua st͡ septem stelle q alio nomie dicunꝛ
vrsa. hēt aūt duos collaterales scꝫ a dextris circiū queꝫ
hyspani vocāt gallicum. eo q flat a ꝑtibus gallie. A
sinistris ꝟo aquiloneꝫ qui aqs ligat ⁊ stringit ⁊ dissi-
pat. Et a quibusdā vocatꝛ boreas. eo q procedit a mō
tibus iperboreis Int istos aūt st͡ duo capitales scꝫ au
ster ⁊ septētrio eo q maior flatus ab eis procedit. sic͡
supra patuit. Vn̄ astuer ē fortior in fine q in pncipio.
quia ꝓcedit a regionib⁹ calidis in qbus est terra sic-
ca. ⁊ ideo pauce exalatōes possunt ibi eleuari propꝛ q
ipe in pncipio est debilis. Sed quia ipe flat ꝟsus re-
giones frigidas. in quib⁹ eleuanꝛ multe exalatōnes a
quib⁹ augmentatꝛ ⁊ fortificatꝛ. Oppositū aūt est de bo-
rea qui procedit a regionib⁹ frigidis in quib⁹ st͡ mul-
te exalatōnes. ⁊ ideo in pncipio est fortis Sed tendit
ꝟsus regionos calidas. ideo in fine debilitatꝛ. Ex ist͡
ptꝫ q humectatio tre est nutrix ventoꝝ. cum eni ter-
ra est humida multe exalatōnes possunt eleuari ex q
bus generanꝛ plures venti.

¶ Attēde scdo. ꝙ nō est ymaginādū vētum aliquē flare a polo artico vsq̄ ad nos. q̄r exalatōnes ꝯsumerentur in medio propṫ calores. immo nulle exalationes eleuātur sub aliquo polorum propter nimiū frigus Et inde ē ꝙ nullus vētus flat sub polo artico vsq̄ ad nos. verūtamē quādo vētus venit a regionib⁹ que sṫ versus poluz articū dicitꝰ boreas. quādo vero versus polū antarticū dicitꝰ auster ¶ Attēde tercio. ꝙ si nos bitarem⁹ vltra tropicū hyemalē ⁊ distarem⁹ a polo ātertico sicut facim⁹ ab artico tūc ventus (q̄ procederet a ptibus que sṫ versus poluz articū) diceretꝰ auster. ⁊ que sṫ versus polū antarticū diceretꝰ boreas ⁊ tropicus (q̄ nobis nūc ē hyemal̄) esset estiualis ⁊ ecōuerso. Ex quo seqtur. ꝙ ꝓm diuersitatē regionū talia noīa sṫ accipiēda Unde si aliq̄s bitaret sub corrida tūc ventus veniēs a polo artico seu a polo ātertico diceretur ab eo boreas. q̄r ptes que sṫ ꝟsus polos sṫ frigidiores sona corrida. ¶ Attēde quarto. ꝙ vltra vētos prenoīatos ab aliq̄bus inuestigātur q̄dem alij q̄ potius spūs q̄̄ venti dicūtur Et illa appellātur aura altan⁹ turbo tēpestas fragor ⁊ procella. Dicitꝰ autem aura ab aere q̄r leuis ē motus aeris q̄ fit iuxta pelag⁹ Et altan⁹ dicitꝰ ab alto. q̄r in alto mari repitur. Turbo vero ē volūtas ventoꝝ. ⁊ ideo sic appellaṫ. Tēpestas āt est ventoꝝ ꝯriorum ꝯiūctura ex q̄bus tēpestates oriūtur. Fragor āt est motus aeris qui cāt sonitū ex ꝯtactu reꝝ duraꝝ ⁊ siccaꝝ. Procella ꝟo dicitꝰ eo ꝙ ab eo fiūt procelle vl̄ de fluibus vl̄ de ventis Ista āt oīa faciliṫ patent in figura de ventis supius allegata. ¶ Istis suppositꝭ dicendū est ad questionē. ꝙ ventus est exalatio calida ⁊ sicca ab oībus alijs impssionib⁹ ⁊ ab aere specifice distinct⁹. Ptꝫ q̄r nisi sic nō possꝫ dari rō diuersitatꝭ in istis impssionib⁹ ⁊ in alijs sicut patuit ex dictis.

¶ Questio tercia

Utrꝫ motus terre gñeretꝰ ex motu exalatōnis que ī ipsa terra includitꝰ. Ad hoc ātiqui diuersimode rūderūt Dixit eīn Anaxagoras ꝙ ethere dēdit in trām q̄ qñq̄ in se inflāmaṫ. ⁊ inde cābit motuꝫ terre Pytagoras vero dixit ignem moueri in aquā ⁊ facere ebulitionem ad quā sequebaṫ tremor in terra. Alij ꝟo dicebāt ꝙ ignis ꝯbussit aliq̄s ptes terre. ad quā ꝯbustionē seq̄batur casus ⁊ destructio mōtiū ⁊ ciuitatū. Anaximenes vero cām motus terre dixit eē vetustatē queadmodum cā tremoris in senectute ē vetustas ⁊ defcūs caloris naturalis. Democritus āt dixit aquā esse primū eo ꝙ in terra sṫ cauerne recipiētes oēs aquas. ⁊ ille ī terdum plus ⁊ intdum min⁹ replentꝰ. Tales āt milesius dixit terrā natari in aqua. ⁊ ideo motū terre fieri ad modū procellaꝝ. Sꝫ metroder⁹ kirus siue kiminus dicit in terra eē scissurās. ꝓpṫ quaꝝ ꝯstrictionē vl̄ elōgationē cābaṫ motus terre. Epihe⁹ aūt vna cum epycuris credebāt tā debilꝫ spm nō posse mouere tāta ⁊ tā grauia corpa. ideo ipe credens terrā esse aīatā ⁊ a sua aīa flores ꝓducentē. dixit ipm fieri a quodā spū in terra incluso. quē poete celum finxerūt. ¶ Stratonus āt motum terre assignat discordiā caliditatꝭ ⁊ frigiditatꝭ in terra. ¶ Et dat exēplum. q̄r quādoq̄ in supficie est calida sicut in estate. ⁊ tūc frigiditas fugit ad viscera eius. ⁊ ecōuerso quādo ꝟo est frigida tunc fugit calor ad viscera. Sed hec opinio ē falsa. nā tunc sequeretꝰ ꝙ in quolibꝫ āno ⁊ in q̄libet pte terre deberet fieri terre motus. Archelan⁹ āt diligētissim⁹ Aresto. discipulus posuit ventos eē cām terremot⁹. cui⁹ opinionis fuit post eū Uirgili⁹ ⁊ Possidone⁹. ¶ Parcas āt phs posuit qñq̄ ventū ⁊ qñq̄ aquā esse cām tremor⁹ Calistenes āt dixit ventoꝝ ꝯrietatē esse cām tremotus. Mirabaṫ aūt ipe q̄re insule pñt tremere viso ꝙ terre insulaꝝ sṫ ꝯcaue propṫ aque corrosionē ⁊ ido vētus valde libere exire pōt. Et siliter ibi cōiter sṫ arene que nō prohibēt exitum ventoꝝ. etiā terra insulaꝝ si nō est arenosa cōiter est glutinosa. ⁊ ideo si ventū recipit quādo est arenosa de facili emittit. ⁊ qñq̄ ē glutinosa tūc nunq̄ recipit. Et ex hoc infert. ꝙ insule nūq̄ deberēt moueri Pricipia āt hui⁹ phi sṫ falsa. ideo ne mirꝫ si alique sequātur ꝯclusiones false. Unde dicebāt ātiqui phi scꝫ Pōpeius ⁊ Erculean⁹ ꝙ loca vicinia mari maxime mouentꝰ. sicut schiros paphos ⁊ ciprom ⁊ alia loca Unde legiṫ in ātiquis hystorijs ꝙ tpe regis Herculis fuit motus terre in q̄busdaꝫ insulis iuxta cornitū intātum ꝙ mlute ciuitates citra perierunt. In septimo āt climate fit raro motus terre propter huiditatē Sed in sexto cōiter ꝓcedendo ꝟsus meridiē. Uñ in egipto vix aut nunq̄ fit tremot⁹ Cui⁹ rōnem assignat Pindarus dicēs. ꝙ egiptus qñq̄ fuit totaliter coopta aquis. ⁊ idō terra fcā fuit limosa glutinosa. ⁊ per ꝯñs imobilis. Sed dōm est cuꝫ Arestotele. ꝙ motus terre cātur ex exalationib⁹ grossis ⁊ terrestribus lumīe solis calefcis ⁊ rarefcis que propṫ terre strictitudinē violentū petūt exitum quē si cōsequi nō possunt mōtes eleuāt ⁊ scindūt ⁊ planū tremere faciūt. Hui⁹ āt signum refert dñs Albertus. ꝙ ipe existens in ciuitate baduana vidit quedā puteū in qua erāt tales exalatōnes qui cuꝫ fuisset apertus ⁊ aliqui ingressi fuerūt moriebātur propṫ exalatōnū grossitudinem Erāt ibi exalatōnes incluse diu ⁊ mortificate q̄ per motū solis nō fuerūt depurate

¶ Questio quarta

Utrꝫ exalatōes (ex q̄bus cāntur motus terre) sint infse ⁊ ab alijs exalatōnib⁹ distincte. Pro cui⁹ solutōne ¶ Attēde pmo. ꝙ in ꝓposito nō loq̄mur de motu terre cuiuslibꝫ q̄ntūcūq̄ ꝑue. sed loq̄mur de motu terre q̄ est alicui⁹ notabilis q̄ntitatꝭ. Nec etꝭ loq̄mur de motu terre naturali vl̄ artificiali vtputa q̄ fit ꝑ instrumēta vel ꝑ machinas. Sūt āt in generali due spēs mot⁹ terre qui cāntur ex exalatōe frigida ⁊ sicca. Quidē est per modū tremoris Alius āt est ꝯ modū corpm confricātium se. pmus bene pōt esse sine scissura. Scdus āt nunq̄ est sine scissura. ⁊ diuersitas illoꝝ modoruꝫ accidit ex diuersitate agitatōis exalationū que sṫ occulte in terra. Unde eodē mō est in aīalib⁹. ꝯtingit eīn aliqñ ꝙ exalatio calida ⁊ sicca violēte diuidit siue scidit exalatōnes grossas ⁊ trestres que petūt exituꝫ. ⁊ tūc cātur quidē sonus ad modū scissure. Intdum āt simplici tremore accidit motus in aīalib⁹. Possidonius āt addit alios duos mōs tremotus. Un⁹ est cuꝫ successione qñ tra ꝯtinue q̄titur. Alius aūt est inclinādo cum mutaṫ terra de vno in aliud nauigij more. Istis āt addit seneca tcium q̄ ab ātiquis dcūs ē tremor terre cum tra quatiṫ eo mō quo homīes q̄tiūtur tāgentes frigora. Causa āt illoꝝ motuū duplex est scꝫ casus magnoꝝ corpoꝝ. ⁊ impedit⁹ spūs in terra

inclusi. Un̄ epicuri dicebāt ꝙ nihil esset mirabili⁹ illo spū ꝙ terras nūꝙ̄ visas faceret appere. ⁊ terras visas ⁊ multo tpe inhitātes occultaret Casus aūt siue ruina duplex est cā. Una ē ꝯcussio que ꝓuenit ex terre siccitate Alia ē corrosa que īt'duꝫ ꝓuenit ex cōtinua abrasione fluuij vl' aque ibi trāseūtis. īt'duꝫ aūt ex cōtinua interiorꝝ partiū terre ꝯbustione ¶ Attēde scdo ꝙ quidā motus t're diu durant ⁊ q̄dam paꝝ. Naꝫ q̄ sunt ex corrosione ⁊ ruina vehemētes st' sed cito recedūt Qui āt sunt ex ꝯcussione siue agitatōne vēti plus vl' minus durāt ẜm ꝙ materia ⁊ locus st' spissa. cuꝫ em̄ locus ē solidus ⁊ cū difficultate exalatio pōt scindere locū ⁊ facere apturā. ⁊ tūc int'dum durat ꝑ q̄dragita dies. int'duꝫ ꝑ vnū annū ẜm ꝙ plus vl' min⁹ est de materia exalatōnis ¶ Attēde tercio. ꝙ Albertus in summa enūerat septē spēs t'remotus. Quaꝝ prima ē agitatio. cuꝫ scꝫ terra vertit' a dextro ad sinistꝝ. Scdā est ruina cū scꝫ terra ꝯcauat'. ⁊ tūc sepe maxime ciuitates pereūt fundit⁹ quādo scꝫ illa ꝯcauitas ē ita magna ꝙ tota ciuitas intrare pōt. Alia ē tremor ⁊ fit qn̄ exalatio nō pōt rūpere terrā ꝓpt' eius fortitudinē siue duriciē sed facit eā tremere. Dicit em̄ Albtus ꝙ ex cōsilio sapientū hoīes ꝑcipiētes talem tremorē dēnt derelinq̄re t'ram istam ꝓpter periculū ruine. Alia spēs ē titulatio. ⁊ fit qn̄ terra nūc ē in vno latere. ⁊ postea fit sub alio. Alia ē pulsus q̄ fit qn̄ illa exalatio eleuat terram supra se. ita ꝙ aliq̄n remanet altitudo t're eleuate ꝑ modū mōtis. Alia ē impulsio. ꝯtingit em̄ int'duꝫ ꝙ exalatio exiens pedē mont' aū se pellit dom⁹ ꝓpinquas ⁊ ciuitates ⁊ hoīes. Sicut dicit ꝯtingisse in sabandia vbi pellebant' lapides ⁊ terre supra q̄ndā villam ⁊ aīalia exn̄tia in ista villa ꝑierūt. Except' aliq̄bus q̄ illo pulsu vltra villā mouebant' ⁊ manserūt salua. Alia spēs est ꝑforatio ⁊ fit qn̄ terra hꝫ poros debiles tūc exalatio rūpit ⁊ exit ꝑ eos. Alia spēs est submersio. ⁊ fit qn̄ infra t'ram fit tanta exalatio ꝙ vna ps terre pellit' ad locuꝫ supiorē. ⁊ supior in inferiorē. tunc int'dum ꝯtingit ꝙ locus in quo t'ra erat supra ⁊ aq̄ infra ⁊ ecōtra. ⁊ sic loca ꝑus hītabilia efficiūtur aquosa ⁊ ecōtra. ẜm hoc sepe ꝯtingit vnā pteꝫ vni⁹ insule (que ꝑus fuit hītabilis) effici inhītabilē. ⁊ ecōtra. De loco aūt terremot⁹ dcm̄ est supius ¶ Dōm ē ergo ad questionē. ꝙ exalatio ex q̄ fit t'remotus ē specifice distincta a q̄libet alia exalatōne. videt' em̄ ꝙ ille exalatōnes inter se nō distinguant' spē. sed solū accn̄talit' scꝫ propter diuersa loca. vl' accn̄tia que st' in eis.

Ad rōnes añ oppositū. Ad primā negatur añs. ad probatōneꝫ dōm. ꝙ lꝫ ille vapor q̄ntuꝫ est ex se sit frigidus ⁊ siccus. ipē tamē ꝓpt' calorē calefit. ¶ Ad ꝯfirmationē dōm. ꝙ ꝑ calorē solis consumūtur ille exalatōnes. ⁊ ꝓpt' frigiditatē medie regionis frigefiūt. ⁊ ideo nō possunt calefacere ista inferiora ¶ Ad scdām dōm. ꝙ licꝫ nihil naturalit' siue a natura pticulari moueat' extra suū ꝓpum locū. bene tamen a natura vl'i que mouet res ad formā mixtōnis Ad ꝯfirmatōem ptꝫ solutio ¶ Ad terciā dicit'. ꝙ omnis vētus est subalit' calidus ⁊ siccus. Aliqui tamē accidentalit' dicūtur frigidi ꝓpt' loca ꝑ que transeūt sicut patuit supius. Ad ꝯfirmatōem ptꝫ solutio Similit' ad quartā cuꝫ eius ꝯfirmatōne.

¶ (De tonitruo aūt ⁊ coruscatōne.) ¶ In hoc vltio tractatu (qui ꝯtinet tm̄ vnū capl'm) determinat de impꝛsionibus exn̄tibus in nubib' que causant' ex exalatione calida ⁊ sicca. Et diuidit' in duas ptes. In prima determinat de tonitruo ⁊ coruscatōne ẜm ꝓpam opionem. Et ponit duas suppōnes. Prima est. ꝙ duplex est exalatio sicut ꝑus dcm̄ est. vtraꝗ aūt ꝓpt' sui cōdensatōneꝫ pōt esse materia alicui⁹ impꝛssionis. Secūda suppō quādo exalatio ē eleuata vsqꝫ ad locum vbi nubes st' spisse ⁊ vbi est magna frigiditas ⁊ deficit caliditas. tūc illa exalatio ꝯprimit' a frgido circūflante Et ꝓpt' magnā violentiā pellit' deorsuꝫ quāuis sit naturalit' leuis. sicut aliq̄d graue pōt ꝯstringi ⁊ pelli sursum. ⁊ ꝑ hūc modū possunt gn̄ari fulmia ⁊ alie impꝛssiones. Istis supposit' declarat gn̄ationē tonitrui dicēs. ꝙ quādoꝗ exala° sicca eleuat' vsqꝫ ad mediaꝫ regionē. quādoꝗ includit' inter nubes frigidas ⁊ ideo ꝑ antiparistasim ibi fortificat'. ⁊ q' nimis constringit' ab illis nubib'. ⁊ vnū ꝯrium natū est fugere reliquū. ideo illa exalatio hinc ⁊ inde mouet' in illa nube vt exeat ab ea ꝑ quē moduꝫ ꝑcutit latera nubis. ⁊ aliquādo frangit' nubes. in qua ꝑcussione ⁊ fractione nubis causat' ille sonus qui vocat' tonitru⁹. Solꝫ autem sic definiri tonitruū. Est sonus cātus ex nube ex violenti ꝑcussione exalatōnis calide ⁊ sicce ꝯtra latera nubis. Et hanc defitōem declarat phs ꝑ simile Nam cū ligna q̄nꝗ ꝯburūtur ꝟtute caloris ignis alique exalatōnes exn̄tes in ligno expellūtur que nō possunt exire nisi cum violētia. Et ideo faciūt magnum impetū ⁊ violente frangūt ptes ligni. in qua fractōne cātur tonitruū. Coruscatōeꝫ aūt describit dicēs. ꝙ qn̄ꝗ ipa exalatio ꝓpt' vehemētiam motus ignit' ⁊ inflāmatur. ⁊ ideo appet quedā flāma subtilis quando nubes frangit' ⁊ illa vocat' coruscatio Cōparat' auteꝫ coruscatio ad tonitruū ẜm ordinē. Nam corusca° fit post tonitruū. q' opꝫ prius exalatōem diuidi in nubē q̄ eam appere. lꝫ prius videat' coruscatio q̄ audiat' tonitruū. visus em̄ āticipat auditū. Nā spēs caloris citius deferūtur ad visuꝫ q̄ spēs soni ad auditum.

¶ In hac scdā pte narrat phus tres opiōnes antiquoꝝ de coruscatōe ⁊ tonitruo Prima fuit Empedoclis dicentis ꝙ coruscatio fit ꝓpt' ignem cātuꝫ in celo. sed hec opinio ē irrōnalis nec dat cām tonitrui ⁊ coruscatōnis. Eadē em̄ rōne dōm erit ꝙ nix fit ex niue ꝑcedente ⁊ tn̄ oīa falsa st'. Secūda fuit opinio Anaxagore dicent'. ꝙ ignis currit deorsum vsqꝫ ad nubem aquosaꝫ ex qua extinguit'. ⁊ ex tali extinctōne cātur sonus sicut ptꝫ per exēplum. quādo em̄ ferꝝ ignitum ponit' in aquā causat' sonus. sed irrōnabile videt' dicere hoc mō scꝫ ꝙ ignis descēdat deorsum. nā ignis de natura sua naturalr' fertur sursum ⁊ nō deorsuꝫ. Alij vero dixerūt ꝙ coruscatio non est ignis vel flāma. sed est res splendida cāta ex repercussione venti ꝯtra nubem. cuꝫ em̄ aliqs aquā ꝑcutit ipa facit sonū ⁊ resplendet ¶ Cōtra hanc opiōnē arguit. quia illi nō erant eruditi in ꝑspectiua. eo ꝙ talis splendor nō fit nisi cōtra corpus lumīosuꝫ. Arist' cōcludit phus ꝙ eadē exalatio inclusa in terra facit t'remotum in aere vētum. ⁊ in nubib' tonitruū. Iste em̄ tres impꝛssiones ex silib' exalatōnib' gn̄ant'

¶ Queritur vtrum

Definitio tronitrui qua dicitur ꝙ est ꝑcussio fcā in nubibus ex exalatōne calida ꝛ sicca a latera nubis sit a pħo ꝯueniēter assignata ¶Arguitur primo ꝙ nō. nam illa (que ad seiuicē ꝑtinent) a seiuicez distāt. sed exalatio nō distat a nube. ergo. ¶Secūdo sic. si ista definitio essꝫ bona sequeretur ꝙ simul ꝛ semel possꝫ eleuari vapor ꝛ exalatio. sed hoc est fl'm cuꝫ illa duo ꝯrientur. ergo definitio mala. ¶Tercio sic. tonitruū cadit vnit ꝛ frangit sepe magna fontia. nullus aūt sonus pōt talia frāgere ꝛ ꝯburere. ergo nō est sonus ¶Quarto sic. ſm pħm in textu eadē natura in aere ē ventus. in nube tonitruū. ꝛ in terra tremotus. hoc aūt nō pōt esse sonus sed exalatio ¶Cōfirmatur. sonus ita magnus sicut ē tonitruū nō pōt fieri nisi ex solidis duris ꝛ planis vel cōcauis sicut hētur secūdo de aīa. exalatōnes aūt ꝛ nubes nō sunt hmōi corpa. ergo ꝛc.

In oppositū arguitur autoritate pħi in textu: Pro solutōe questiōis soluende sequūtur q̄tuor questiones

Questio prima

Utruꝫ modus gnatōnis tonitrui sit ꝯueniens in textu positus. Ad hanc q̄stionē rn̄detur pmo. ꝙ tonitrua fiūt ex obuiatōne ventoꝝ ꝯrioꝝ ¶Cuius signū est qꝛ aliqñ ꝯtra ventū prius flantē eleuantur nubes ꝛ sequūtur mḡne tēpestates ꝛ magna tonitrua ¶Cōtra istam opionem arguitur primo sic. qꝛ sepe fiūt venti quoꝝ vnus fortior repellit aliū debiliorem vel ambo ꝯueniūt in ventuꝫ terciū ꝛ tamē nō fiūt tonitrua. Scdō. quia videmus vētos impetuosos flare ꝯtra arbores ꝛ muros ꝛ nō facere tales sonos. sed solū sonos sufflatiuos. Alia respōsio est. ꝙ tonitruū fit ꝑ extinctōeꝫ exalatōnis ignite a nube aquosa. Et hec respōsio fundat se in Arestotele in libro posterioꝝ vbi sepe vritur hac definitōne tonitrui. Tonitruū est extinctio ignis in nube aquosa Probatur secūdo. qꝛ cum ꝓijcimus aquā in ignē ad extinguendū facit magnū sonum. Similr quādo ferꝝ magnū est ignitum ꝛ ꝓijcimus ipm̄ in aquā facit mḡnuꝫ sonū ꝛ tumultuosuꝫ. Terciū quia nō fit tonitruū sine corruscatōne ꝑcedente. opꝫ eīm prius exalatōem inflāmari ꝛ ex ea gnari ignem quē ille ignis extinguit. ¶Et si forte dicat aliqs qꝛ sepe audiūtur tonitrua. et nō videntur coruscatōnes Dicūt isti. ꝙ licet in die sepe audiantur tonitrua. ꝛ nō videntur coruscatōes. tn̄ semꝑ videntur de nocte. qꝛ in die maius lumen obfuscat minus lumē. Si aūt aliqñ de nocte nō appareāt. hoc est ideo. qꝛ flāma est debilis ꝛ forte ita in ꝓfūditate nubis ꝙ nō pōt suū lumen mltiplicare ad nos. Istā aūt respōsionē videtur pħs tenere in ātiqua trāslatōne. vbi dicit sic. Audit eīm sonus stridoris sicut est stridor ferri igniti submersi in aquā. ꝛ paulo post fit eīm tonitruū ex extinctōne ignis in ventre nubis. Sed istam opionem nō videtur ponere noua trāslatio. Nā pħs ibi reprobat Empedoclē in hoc ꝙ dicebat tonitruū eē substantiā ignis in nube ¶Et videtur ponere talē rōem. qꝛ sonus q̄ fit ex extinctōne ignis ab aqua ꝓuenit ex bulitione aque. Bulitio aūt aque nō faceret tm̄ sonū sicut est tonitruū maxime ī nubibꝫ vbi nō est aqua magna ꝛ ꝯtinua. ꝛ sꝫ ibi pue gutte disperse. que buliēdo non pn̄t ita velociter moueri ꝙ faciāt talem sonū. Fit eīm sepe magnus ictus tanꝗ vnius magni corpis ꝯtinui Et etiā aqua sic buliens ab igne calefit violēter. nos aūt non videmus ex nubibꝫ tēpestuosis cadere aquam calidā. sed potius frigidissimā in grossis grādinibꝫ coagulata. Ponit ergo pħs aliū modū gnatōis tonitrui Et dicit ꝙ ille magnus sonus (qui dr̄ tonitruū) fit qñ exalatio calida ꝛ sicca inclusa inter ptes nubis aquose valde velociter mota ascēdens ad nubes ꝯtinētes facit scissurā cuius sonus vocatur tonitruū. Appet tamē ꝙ nō sit incōueniens ꝯcedere hanc opīonem ꝛ ꝑcedētes esse veras nō tamē vlr. sed vtraꝗ ꝑticlarit. Fit eīm sonus q̄ dicitur tonitruū aliqñ ꝑ talem motū q̄lis apparet sonus qñ ꝓijcimus aquā in ignē. vel submergimus ignē aut ferꝝ ignitū in aquā. ꝛ aliqñ per motū exalationis q̄ ignitur. ꝛ ꝑ scissurā violentā nubis ꝯtinētis. Unde maiora tonitrua fiūt secūdo mō sicut dicit Arestoteles ꝛ gnantur q̄nto nubes nobis ꝓpinquior ē spissior ꝛ aquosior ꝛ exalatio maior. similr sonus est maior Cū aūt est sola extinctio ignis. sonus est ꝑuus ꝛ intruptus

Questio secunda

Utrꝫ oīa tonitrua sint eiusdē nature. ¶Pro cuius solutōne ¶Attende pmo. ꝙ tonitruū dicitur q̄dam sonus terribilis. Est aūt exalatio q̄ causat qnꝗ sonū in nube ꝛ qnꝗ rūpit nubem. Frigiditas eīm nubiū expellit calem exalationē que qnꝗ mouetur in nube siue ruptura. ꝛ tūc fit sonus debilis. qnꝗ aūt cū ruptura ꝛ tūc fit sonus maior ꝛ diuturnior q frangēdo nubē sonat ac si frāgeretur pānus. Unde nō q̄libet nubes sufficiūt ad cāndū talem sonū. sed reqrūtur valde spisse ꝛ frigide ꝛ ꝙ sint in media regione. Qñ eīm interdū exalatōnes obuiāt aeri frigido repellūtur ab eis ꝛ fit sonus debilis q̄ proprie nō debet dici tonitruū. ¶Attēde scdō. ꝙ diuerse sꝫ nature tonitruoꝝ. q̄dam eīm eradicant arbores ꝛ aīalia sternūt. ꝛ hoc est ex eo ꝙ exalatio fuerat repulsa mouet aerē a cuius motu talia sequūtur. talis eīm modus ꝓpe nō est tonitruū. sed seqtur ad ipm̄. ¶Attende tercio. ꝙ duo sꝫ genera fulminū. Qddam eīm est adurens. ꝛ aliud penetrās. Nam penetrās est illud cuius materia est multū subtilis. Adurēs vero cuius materia est multū grossa. ambo aūt fulmīa sꝫ ignita ꝛ pellūtur ꝯsus terram. ¶Attēde quarto. ꝙ fulminū sꝫ multi effectus. Qddam eīm liquefacit gladiū nō cōburendo vaginam. ꝛ qddam ꝯsumit pecuniā nō conburendo bursam. ꝛ similr consumit ossa nō ledendo carnem. Cuius ratio est. nam vagina carnes ꝛ ossa sꝫ res porose. ꝛ ideo fulmen de facili penetrat eas. ꝛ rōne facilitatis ꝑtransitus nō diu manet in eis. ꝛ ideo nō cōburit. sed quia gladius ossa ꝛ pecunia ꝛ q̄cunꝗ alie res dure de facili nō penetrantur. ꝛ ꝑ cōseq̄ns diu manet in eis ꝛ ꝯsumit. Difficultas eīm ꝑtrāsitus est cā ꝑmāsionis fulmīs. ꝛ ꝯnter destructōnis taliū rerum duraꝝ atꝗ densaꝝ. ymaginandū est eīm ꝙ fulmē est exalatio ignita ꝛ subtilis. ꝛ ideo valde velocit ꝑtransit ꝛ penetrat res porosas. in q̄bus nulla vel modica ē resistētia sicut non leditur manus si repēte ꝑtrāseat ignē. In rebꝫ aūt duris rōne resistentie diu manet ꝛ ꝯnter cōsumit. Est aūt alius effēus fulmīs ꝙ qnꝗ nō adurit sed dissoluit ꝛ diuidit. ꝛ ideo q̄dem ymaginātur ꝙ talis diuisio fiat a lapide qui cadat cū fulmine qd tamē nō est veꝝ. Quāuis eīm cum fulmīe qnꝗ cadat

lapides. nõ tamē pñt tantā ɔcauitatē seu dissipatōem
atq; diuisionē facere sicut fit p fulmīa. credendū est tñ
q; talis diuisio fit. vel q2 talis exalatio ē grossa 7 non
pōt de facili penetrare 7 ideo diuidit̄. vl' quia tā velo
citer mouet̄ q; rōne velocitatꝭ diuidit trām aut aliam
rem anteq; penetrare possit. Tercius effcūs est. q2 ful
men aliqñ denigrat 7 discolerat 7 tñ nō cōburit Cui⁹
rō est. quia qñq; exalatio est ita rara 7 subtil' q; nō suf
ficit cōburere sed tm̄mō discolerat. sed qñq; cōburit
domus 7 horrea. 7 tūc signū ē q; exalatio grossa 7 den
sa ē. sic em̄ expimur q; ignis exñs ī materia grossiori vt
puta in ferro magis ɔburit q; si fuerit in rariori. Ali⁹
effcūs est. q; corpa cōbusta de fulmīe habēt colorē sul
fureū. Cui⁹ ratio est. q2 exalatio talis q̄si nature sulfu
ree est q2 nature calide 7 penetratiue. Quart⁹ effcūs ē.
q; qñq; vētus p̄cedit fulmē 7 qñq; succedit fulmē qñ
q; vero ē simul cū fulmīe. Quoꝝ rō est. quia exalatio
calida 7 sicca ē maťia fulmīs que aliqñ inflāmat̄ 7 sic
ex ipa fit fulmē. Residua vero ps (que nō est inflāma
bilis) ē materia. 7 inde ē q; vētus qñq; p̄cedit 7 qñq;
sequit̄ aut ɔcomitat̄ iteꝝ. q2 fulmē velocissime mouet̄
ideo ad motū eius sequit̄ motus aeris. 7 talis aer ve
locissime motus appet ventus. Alius effcūs est. q2 aīa
lia pcussa a fulmīe seu etiā fructus sūt qñq; venenosi
ad ɔmedēdū. Et rō est. quia maťia fulmīs est exala
tio que ē venenosa 7 nociua. Alius effcūs est. q2 ful
men qñq; cōburit doliū 7 tamē vinū remanet ac si sta
ret in dolio. Cui⁹ rō est. quia doliū est ex maťia inflā
mabili de facili 7 ideo ɔburit. vinū vero est de maťia
liquida 7 ideo nō ɔburit̄. Sed in ꝟtute fulmīs gñā
tur quedā pellicula circa vinū. que q̄dem pellicula fit
ex viscositate vini. 7 ɔtinet vinū ac si staret in dolio Ve
rūtamē est q; in tali casu vinū maērē nō pōt citra tres
dies hoīesq; bibētes ex tali vino moriēt̄. quia inflā
matio hʒ materiā infectiuā. Octauus effcūs est. q; si
fulmē pcuterꝫ aīal venenosū faciet ipꝫ nō venenosū
Cui⁹ rō est. quia sepe videm⁹ q; ab agente codē pro
ducunt̄ ɔtrarij effcūs in rebus hñtibus ɔ̄rias dispō
nes. Sic em̄ expimur q; ventus extingit candelā incē
sum 7 quādoq; accēdit extinctā. Nonus effcūs est. q;
si aīal pcutiat̄ a fulmīe statim moriet̄ dempto homīe
qui quādoq; morit̄ absq; hoc q; moriat̄. Cui⁹ rō non
pōt bene assignari. nisi q2 homo est nobilissimū aīma
lium. 7 ideo forsan natura sic puilegiauit 7 exemit Itē
fulmē quādoq; est magis venenosū quādoq; minus
ideo qñq; inficit 7 solūmodo qñq; ledit. Item qñq;
nō est venenosū 7 nō ledit nisi ptem quā tangit. De
cimus effcūs fulmīs est. q; si aliquis dormiēs inficit̄
a fulmīe tūc inueīt̄ur habere oculos apros. 7 hoc acci
dit rōne velocitatis mortis. Nam dū percutit̄ excitat̄
7 aperit oculos. sʒ morit̄ anteq; oculos claudere pos
sit. Et si vigilans pcutiat̄ a fulmīe tūc ex stupefcōne
claudit oculos 7 quādoq; citius morit̄ q; aperire pos
sit. 7 sic quādoq; inuenit̄ habere oculos clausos Ali⁹
effcūs est. q; res pcussa a fulmīe cōmunit̄ vertit se con
tra rem̄. sic' experimur. q; crines positi ad ignē reflec
tunt̄. sicut pariformit̄ in proposito ymaginandū est.
Alius effcūs est. q; quādoq; fetus in vtero matris le
ditur 7 morit̄ seu occidit̄ 7 mat̄ non ledit̄. Cui⁹ rō est
quia fetus rōne sue teneritatꝭ si ledat̄ diu nō potest vi
uere. Mat̄ vero (q̄ fortis est) lʒ qñq; ledat̄ viuit tñ
Alius effcūs est. q; ex corpibus mortuis a fulmīe cito
generant̄ vermes. 7 tamē corpa mortua ab alijs vene
nis nō cito mutant̄ in vermes. Cui⁹ rō est. quia alia
venena sūt alterius spēi a fulmīe. ideo varietas effec
tuū sequit̄. Sed dubitat̄ tūc. quare tēpla 7 monaste
ria cōmunit̄ a fulmīe freqntius pcutiūtur q; alie res.
Ad hoc dixerūt aliqui q; hui⁹ causa fuit inuidia deo
rum quia scʒ vnus deus alterī inuidebat. 7 ideo ignis
deuastabat tēplū alterius Alij vero dixerūt q; fulmē
est opus iouis. 7 q2 olim adorabat̄ in tēplis nūc autē
nō adorat̄. ido propt̄ inuidiā (vt ipi dicūt) iupiter ful
men supra tēplum 7 ecclesias freqnt̄ proijcit. Sed q̄a
iste respōsiones sūt fabulose 7 mēdose. ideo dicit̄ aliter
q; tēpla 7 monasteria sūt conmunit̄ magis alta q; alia
edificia. 7 ideo ɔmunit̄ citius pcutiūtur a fulmīe. qd
q̄dem fulmē volat p aerem. Alia cā est quia in tēplis
et monasterijs cōmunit̄ sūt sepulture mortuoꝝ a q̄b⁹
plures exalatōnes eleuant̄ que sūt vel possint eē mate
ria fulmīs que cū eleuant̄ in nubibꝫ includūtur 7 tā
dem inflāmant̄. 7 sic repellūtur quādoq; ad locū vñ
venerūt Querit̄ insup. an q̄libet res a fulmīe possit
pcuti. Ad qd respōdet Albertus magn⁹ dicens. q; ar
bores hñtes poros clausos sursū raro vl' nunq; pcu
tiūtur a fulmīe. Item affirmat̄ q; ē vna belua ma
rina qui dr̄ canis marin⁹ qui etiā a fulmīe nūq; pcu
titur. 7 ideo antiq̄tus pncipes de eius pelle coopiebāt
domos in q̄bus se abscondebāt ī tpe fulmīs. Itē di
cit q; cortices lauri raro vl' nunq; pcutiūtur a fulmīe.
Hoꝝ aūt ratio pōt esse. q2 sicut fulmē est exalatio sub
tilis sic etiā a causa leui 7 pua pōt repelli. Itaq; yma
ginandū est q; ea (q̄ p̄us noīata sūt) habēt aliquā vir
tutem fulmīs repulsiuā. 7 alique res hñt virtutē ful
minis attractiuā. sic' de magnete expimur. q; ex vna
pte trahit ferrū. 7 ex alia repellit. Aliqui etiā homīes
naturalit̄ timēt fulmē 7 tamē in alijs sūt viriles 7 auda
ces. Alij vero nō timēt qui tñ in alijs sūt pusillanimes
hec aūt varietas ɔtingit ex diuersitate ɔplexionū. In
sup vidēdū ē de q̄busdā alijs. q̄re maiores tēpestates
7 tonitrua fiūt de die q; de nocte. 7 maiores chorusca
tiones de nocte q; de die. Dico q; hoc ē ideo. q2 vir
tute caloris solis aer de die ē calidior q; de nocte. Nō
fiūt aūt coruscatōnes de die propt̄ hoc q; maius lumē
obfuscat minus lumē Si querat̄ quarto. vtꝝ in q̄li
bet tonitruo ledente cadat cune⁹ vel alia corpa dura.
Dico q; nō. ɔtingit tamē infdūʒ q; p calorē solis mis
cetur ɔsistentia exalatōnis calide 7 sicce cū calida et
humida. 7 ꝟtute caloris humidū digerit̄ 7 causat̄ la
pis qui dicit̄ cuneus. 7 ille ē acutior in pte anteriori eo
q; in gñatōe talis lapidis illud (qd est subtili⁹) añce
dit propt̄ velocitatē motus

Questio tercia.

Uerum semp sit incensio cū fulgure fulmīe 7 corus
catione 7 omia illa cum tonitruo. Pro cui⁹ solutione
Attende pmo. q; ista quatuor differūt. Nam cū
exalatio ē inflāmata in nube 7 exiens nubē statim dis
pareat dr̄ fulgur. 7 si expellat̄ a frigiditate nubis 7 sta
tim spgatur p aerem dicit̄ coruscatio. Si aūt exalatō
inflāmata vehemēter et velocissime pellat̄ deorsum a
frigiditate nubis frāgendo pcutiendo et ɔminuēdo
corpa sup que cadit dicit̄ fulmē. Cū aūt talis exala
tio inflāmata appet colorare aerē cando quandā ru

bedinē in aere. vel etiā inflāmando nouas exalatōnes multū dispsas in aere vocat̄ incensio

Dic primo ad questionem. ꝙ sepe vident̄ corruscatōnes ī nubibus. et tamē non audiūtur tonitrua vt cuȝ nubes stȝ longe a nobis. qa a maiori distātia videm⁹ de nocte debiliores illuiationes ꝙ̄ audiam⁹ debiles sonus aut etiā magnos. Vn̄ nube existente supra nos fiūt debiles soni ꝛ inflāmationes tali mō ꝙ videm⁹ inflāinatōnes ꝛ nō audimus sonos. ¶Dic scd̄o. ꝙ sepe audimus tonitrua ꝛ nō apparēt corruscatōes. q: oportȝ de die eē corruscationes valde fortes si debeāt videri propt̄ hoc ꝙ maius lumē obfuscat minus lumē. Similit̄ possibile est ꝙ de nocte inflāmatio sit satis debilis ꝛ profunde in substātia nubis. ꝛ tūc lumē eius nō poterit notabilit̄ multiplicari ad nos. sicut nec lumē lune vel alioꝝ astrorum ¶Dic tercio. ꝙ sepe auditur tonitruū. ꝛ fit corruscatio cuȝ fulgure ꝛ fulmie ꝛ tamē non pcipitur a nobis eo ꝙ cito euanescit. Unde sepe ꝯtingit ꝙ nō apparet nobis corruscatio. ꝛ tamē ignis genitus ab ea longo tēpore durat in istis inferiorib9. ¶Dic q̄rto. ꝙ nunq̄ fiūt in nube chorruscatōnes notabiles quādo cum eis fiūt magni soni. licet nō pcipiamus. Similit̄ non fiūt soni in nube quādo fiant in ea inflāmatōnes. Patȝ p gn̄atōnem tonitrui. fit em̄ ex exalatōne inflāmata corrūpente nubes frigidas. Sicȝ si ignis alicui⁹ notabilis quātitatis includeret̄ in aqua nunq̄ fieret diuisio aque sine quodā sono. neq sonus sine flāma nisi essȝ ꝙ flāma extingueret̄. ¶Si queras quādo plus timēda sint tonitrua. Dico pmo. ꝙ quādo corruscatio statim fit cum tonitruo signū est magne vehemētie ꝛ velocitatis tūc est valde timēdum. Quādo aūt non fit statim nō est timēdum. Secūdo pōt iudicari ex colore nubis. Nam quādo nubes est alba signū est magne ꝛ multe exalatōnis ꝛ rare ꝛ pauce nubis. ꝛ ideo illa exalatio sine magna violētia exire pōt nubem. ꝛ tūc non est timēdum. Similit̄ quādo nubes est multū nigra signū est magne densitatꝭ ꝛ pauce exalatōnis. Modica aūt exalatio nō pōt facere magnam violentiā. ꝛ sic tale tonitruū nō est timēdum. Quādo aūt nubes est rubea vl̄ viridis coloris vel alicui⁹ alteri⁹ tūc ē signū magne densitatis nubis ꝛ fortis exalatōnis. ideo anq̄ tam fortis exalatio possit penetrare tam densaȝ nubeȝ oportȝ fieri magnā violentiā. ꝛ sic tale tonitruū est timēdum. Tercio pōt cognosci ex parte soni. quia quādo sonus est grossus ꝛ ꝯtinu⁹ tale tonitruū est mediocriter timēdum. Quādo aūt est infruptus ad modū fractionis papiri signū est ꝙ ibi est magna violentia. ideo tale est valde timēdum

¶Questio quarta

Utrum tipho ꝛ enephias eodē modo generātur sicut tonitruū ꝛ corruscatio. ¶Pro cui⁹ solutōne notādum ꝙ eadem est materia thiphonis. i. turbinis enephie ꝛ fulminis. Vn̄ exalatio inclusa infra nubem expulsa vsq ad terrā a frigiditate nubis inflāmata nō tamē cōpacta dicitur fulgur. ꝛ cōpacta dicitur fulmē. ꝛ dispersa supius dicitur corruscatio Si āt nō inflāmaret̄ sed pellatur deorsuȝ circūgiratiue p loca multuȝ stricta ꝛ materia sit multū vnita tūc dicit̄ thipho. Si vo illa materia nō inflāmata ꝛ multū sparsa pellat̄ deorsum p loca ampla ꝛ lata motu recto multū impetuoso dicit̄ enephias. Est aūt materia tiphonis exalatio calida ꝛ sicca multū compressa. Sed materia enephie ē exalatio calida ꝛ sicca multuȝ sparsa ¶Ex istis patȝ differētia inter tiphonē ꝛ enephiā ex pte materie. Differūt autē ex pte forme. nam motus vni⁹ est rectus. ꝛ motus alterius est circūgiratiu⁹. Similit̄ differūt ex parte loci. turbo em̄ mouetur p locum strictuȝ ꝛ angustum. enephias aūt p locum latum ꝛ amplū. Nō differunt aūt ex parte cause efficiētis. est em̄ sol ꝛ lumē alioruȝ astroꝝ cuȝ frigiditate nubis causa efficiēs vtriusꝗ. Patȝ etiam differētia illoꝝ a fulmīe. fulmē em̄ corruscatio ꝛ incensio fiūt cum inflāmatione. Tipho āt et eenphias sine inflāmatōne ¶Si queras pmo que sit causa illius circūgiratōnis turbinis. Dico ꝙ cuȝ exalatio inclusa in nube protēdatur in longitudineȝ ꝛ pellatur deorsum inuenit obstaculum ꝛ reflectit̄ a pte posteriori in sequēti. ꝛ ita incuruat̄ exalatio ꝙ pars prior copulatur parti posteriori. et sic tota exalatio fit vnus circulus et p impetum sibi impressuȝ a repulsione mouetur circularit̄. et sic īuoluit in se corpa que potest mouere. ¶Si queras secūdo. qui sint effcūs tiphonis. Dico ꝙ stꝫ quatuor. Prim⁹ est ꝙ ledit corpora humana et oculos et facieȝ pmutat. Secūdo ꝙ eradicat arbores et plantas. Tercius ꝙ euellit maximas turres et grandia pinacula. Quartus ꝙ aliquādo euelat homies a terra et reducit eos sine lesione et portat eos aliquādo p duas leucas ¶Si queras tertio de effectibus enephie. Dico ꝙ obscurat aerem ratione grosse exalatōnis mixtē cum aere et aliquādo incenditur in aere. et apparet quasi diluuiū ignis ratōe dilatatōnis materie

Ad rōnes ante oppositū Ad primaȝ dicitur ꝙ exalatio in vna pte nubis distat ab altera. ꝛ sic pōt moueri ꝛ facere sonum. Ad alia patȝ solutio

¶Et hec de scd̄o libro metheoroꝝ Arestotelis dicta sufficiant

¶Incipit tercius liber metheoroꝝ Arestotelis

De residuis

sibilis ꝛ inaudibilis. ita gustus est ꝑceptibilis gustabilis ꝛ nõ gustabilis. Dicit̃ eñ (nõ gustabile) q2 caret sapore vel q2 hȝt saporẽ remissuȝ. vel q2 hȝt saporẽ malum lȝ intẽsum ꝛ hec oĩa gustu ꝑcipimus. Subdit tamẽ ꝙ gustu magis ꝓpe ꝑcipimus potabile ꝛ nõ potabile ꝙ̃ ꝯmestibile ꝛ nõ ꝯmestibile. q2 potabile est nature huĩde. ꝯmestibile aũt est rõne sicci. ꝛ sapor est passio humidi. ꝛ potabile etiã habȝ magis saporẽ intẽsum ꝛ bonũ. Sequit̃ ergo ꝙ gustus magis ꝓprie ꝑcipit potabile ꝛ nõ potabile ꝙ̃ ꝯmestibile ꝛ nõ ꝯmestibile. ¶ (Quoniã autẽ) ¶ Finaliter det̃minat de organo gustus. ꝛ pmo in ordine ad gustabile ƒm ꝙ est huĩdum Dicẽs ꝙ organũ gustus nõ debȝ esse actualit̃ humidũ. quia recipiens debȝ esse denudatũ a natura recepti. Organũ autẽ gustus ẽ receptiuũ ip̃orũ gustabiliũ. ergo est denudatũ ab humido vt possit ꝑcipere humidũ. Non tamẽ debȝ organũ gustus eẽ siccum a dominio. quia tũc nõ possȝ bene humectari ab humido. ꝛ per ꝯñs nõ fieret sensatio nisi ipm organũ aliqualit̃ humectaret̃. Et hoc declarat ꝑ signũ. videmus eñ ꝙ cum lĩgua est multũ sicca nõ ꝑcipit saporẽ ꝛ etiam cum ẽ multũ humida ꝛ alt̃ata ꝑ sapores fortes nõ bñ iudicat de saporib9. Organũ aũt gustus nõ debȝ esse multũ humidũ nec multũ siccum. Ex quo ptȝ ꝙ infirmi hñtes multam huiditatem ꝛ amarã supra linguã iudicãt oĩa amara. Secũdo det̃minat de organo gustus in ordine ad gustabile ƒm ꝙ est sapidum ¶ Et enũerat duas spẽs saporis que st̃ extreme scȝ dulce ꝛ amaꝝ. Et media haꝝ scȝ ꝓpinquior dulci est pigue. ꝛ ꝓpinquior amaro ẽ salsum. ꝛ medie spẽs int̃ ista st̃ austeꝝ acre. i. acetosum acutũ stipticũ ꝛ pōticũ. Et subdit ph̃s ꝙ organũ gustus debȝ eẽ in poñã ad recipiendũ spẽs saporis q̃s nati st̃ cãre in ipm organũ ¶ (De gustabili autẽ) ¶ In hoc octauo capl'o det̃minat de gustabili ꝛ tactu. ꝛ primo de medio. secũdo de organo. Ponit ergo pmo talẽ suppõnem Sic dicȝ ẽ de tangibili ꝛ tactu sicut de aliis ƒsib9 ꝛ de eoꝝ obiectis. Unde sicut visus ꝑceptiu9 est ꝯriorũ ꝛ int̃medioꝝ. sic similit̃ tactus. Hoc supposito mouȝ duas questiones. Prima. vtꝝ sensus tactus sit vnus vl' plures. Secũdo. vtꝝ organũ tactus sit caro in hñtibus carnẽ. vel aliq̃d aliud ꝓportionabile carni in non hñtibus carnem. vel aliud a carne vtpura neruus existens in carne ¶ Ad pmã questionẽ rñdet ꝙ st̃ plures sensus tactus pȝ. quia vnus ƒsus debȝ esse vnius ꝯrietatis ꝑ se. sed tactus ẽ pluriũ ꝯrietatum ꝛ pluriũ ꝓportionũ. quaꝝ vna est int̃ calidum ꝛ frigidũ. Alia int̃ humidũ ꝛ siccum. Et vtraqȝ istaꝝ ꝯrietatuȝ est pma. ergo sequit̃ ꝙ st̃ plures ƒsus tactus. quoꝝ vn9 est ꝑceptiu9 calidi ꝛ frigidi. ꝛ alius huidi ꝛ sicci. Dicebant ãt aliqui ꝙ ꝓpt̃ illam diuersitatẽ ꝯrietatuȝ nõ requirit̃ diuersitas ƒsus tactus. Nam sicut alii ƒsus ꝑcipiunt plures ꝯrietates sicut visus ꝛ tamẽ nõ st̃ ponendi plures visus. ergo nõ st̃ ponendi plures tact9 Ostendit ph̃s ꝙ hoc nõ est simile. Nã oĩm caloꝝ est vnũ subiẽctum. i. vnũ genus propinquũ scȝ calor. ꝛ oĩm sonoꝝ sonus. Ista aũt quatuor scȝ calidũ frigidum humidũ ꝛ siccum nõ hñt vnũ genus propinquũ. ꝛ lȝ a visu vel ab aliquo ƒsu ꝑcipiant̃ per accñs iste ꝯrietates. sicut etiam mãgnitudo ꝛ ꝑuitas. nõ tamẽ ꝑ se ꝛ tã quã ƒsibilia ꝓpria ¶ Ad motiuũ secũde questionis respondȝ ꝙ non sequit̃ quãdo aliqđ tangibile ponit̃ supra carnẽ sentit̃. ergo caro est organũ sicut quidã dicebant. Nã si aliquis extẽdat pelliculã remissaȝ supra carnẽ ꝛ ponat̃ tangibile calidum desup statim ꝑcipietur. ꝛ tamẽ ista pellicula nõ est organũ tactus ¶ Sicut color applicatus oculo distanti videt̃ per aerem. non tamẽ sequit̃ ꝓpt̃ hoc ꝙ ille aer sit organũ visus. Et quia aliqui voluerũt probare ꝙ ƒsus tactus essȝ vn9 eo ꝙ est vnũ medium ꝑ quod ƒsus tactus ꝑcipit calidum frigidũ humidũ ꝛ siccum. Aresto. ondit ꝙ ꝯsequẽtia nõ valȝ. nam visus auditus olfcũs percipiũt sua obiẽcta per idem mediũ. ꝛ tamẽ manifestũ est ꝙ illi ƒsus st̃ plures. Mediũ autẽ intrinsecũ ꝑ quod fit sensatio ẽ caro ꝛ nõ organum. Si eñ ƒsibile ponat̃ sup carnem sentit̃ ꝛ ipa caro ẽ pars aĩalis. sequit̃ ergo ꝙ ẽ medium intrinsecum tactus. Ptȝ ꝯseq̃ntia. quia ƒsibile positũ supra ƒsum nõ facit ƒsationẽ. Et q2 aliquis possȝ credere ꝙ ƒsus tactus essȝ vnus. ꝓpt̃ hoc ꝙ organũ eius essȝ vnum. Dicit ph̃s ꝙ nõ sequit̃. nã vnũ ꝛ idem ẽ organũ gustus ꝛ tactus. ꝛ tamẽ non st̃ vnus ƒsus ¶ (Dubitabit) ¶ Hic ph̃s mouet aliã questionẽ pro qua p̃mittit talem ꝯclonem. Corpa dura ꝛ sicca sibiiuicem approximata nõ se tangũt in aere immediate. Ptȝ quia talia nõ se tangũt in aqua. cuȝ int̃ illa corpa inueniat̃ aqua media quãtumcũqȝ sint approximata. ergo nec tangũt se in aere. Tenȝ ꝯseq̃ntia quia aer ẽ multum subtilior aqua. si ergo aqua ptmediare int̃ ista corpa. etiam ꝛ aer ¶ Questio ẽ ista. vtꝝ omia ƒsibilia mõ simili sentiant̃. scȝ per mediũ extraneum. vel mõ dissili ita ꝙ gustus ꝛ tactus sentiũt tangendo ipm ƒsibile. ꝛ alii ƒsus nõ tãgendo. Respondȝ ꝙ omẽs ƒsus sentiũt ꝑ mediuȝ extraneũ. sed ƒsus gustus ꝛ tactus sentiũt per mediũ non multũ extraneũ Alii ꝟo ƒsus scilȝ visus auditus olfcũs habẽt media multũ extranea. Unde mediũ extraneũ pure se habȝ accidentalit̃ ad sensationẽ que fit ꝑ gustum ꝛ tactum. Si eñ non essȝ tale medium nõ minus fieret sensatio vt si aliquis ꝑcutiat hominẽ supra clipeum sibi adiũctum nõ minus lederet si ꝑcuteret eum sine clipeo. sȝ magis. ideo clipeus nõ requirit̃ per se ad ꝑcussionẽ. Similit̃ medium extraneũ nõ requirit̃ ad sensatõem gustus ꝛ tactus. Ex quo patȝ ꝙ gustus ꝛ tactus pñt exercere suas opationes sine medio extraneo. sic autẽ nõ est de aliis. Requirũt tamẽ semp mediũ intraneum. eo ꝙ sensibile imediate positũ supra sensuȝ nõ facit ƒsationem. ꝛ tamẽ si ponat̃ supra carnem facit sensatõem. ergo caro ẽ mediuȝ tangendi siue gustãdi sicut aer ẽ medium audiẽdi ꝛ videndi ¶ (Tangibile autẽ) ¶ Finaliter det̃minat de obiecto tactus dicens. ꝙ propriũ obiẽm ipius tactus st̃ prime q̃litates sensibiles que st̃ differẽtie corpis generabil' ꝛ corruptibilis. non quidẽ essentiales sȝ accñtales. Organuȝ aũt tactus debȝ esse in poñã ad recipiendũ species q̃litatum ƒsibilium. ꝛ debȝ esse in ꝓportõne media illaꝝ qualitatũ. Ex quo ptȝ ꝙ calidum ꝛ frigidũ ƒm earũ excellẽtias nõ sentim9 quia ƒsus tactus ꝯsistit in media proportõne ꝛ corrũpit̃ ab excellẽtiis illaꝝ q̃litatũ ideo illas excellẽtias nõ ꝑcipit saltem nõ ita bene sicut alias q̃litates nõ excellẽtes. Sicut ergo visus ẽ visibil' ꝛ nõ visibil'. ita tactus ẽ tangibil' ꝛ nõ tangibil'. Dicitur aũt nõ tangibile vel q2 nõ põt tangi vel q2 debilit̃ tãgit̃. sicut hñs q̃litatẽ valde remissaȝ vel q2 est corruptiuũ tactus sicut ignis dr̃ intãgibil' q2 aggrauat ꝛ ledit

tactum (Oportet aūt) In hoc nono capitulo de-
terminat de immutatōne sensuū ⁊ de numero ipsorum ⁊
postea de sensibus. Et dicit pmo ꝙ omis sensus est sus
ceptiu⁹ spēꝝ sine materia ita ꝙ ex organo ⁊ sensibili fit
vnū mediāte spē. Aliter tamē ex spē ⁊ organo fit vnū ⁊ ex
sensu ⁊ organo. nā ex sensu ⁊ organo fit vnū simplr. non
aūt ex spē ⁊ organo. Et h̄ pbaṫ sic. q2 sicut cera accipit
figurā annuli ita sēsus recipit spēm rei sensibilis. Sed ce
ra recipit figurā annuli sine matia ġ sēsus recipit spēm
rei sensibilis sine matia rei sensibilis. Qꝫ aūt ex sēsu ⁊ orga
no fiat vnū substātialiter siue sm subiectū pꝫ ex hoc ꝙ
vnū se habꝫ sicut act⁹ respcū sensatōnis. aliud ꝟo sicut
potētia. Potētia aūt est pncipiū sēsatōis in tali parte ġ.
et ista cōiter vocanṫ ꝓprietates sēsuū exterioꝝ. Ex isto
inferunṫ duo correlaria. pmū est ꝙ manifestuꝫ est q̄re
sēsus corrumpiṫ per excellentiā sensibiliū. Nā ab excellēti
sensibili organū perdit certā dispōnē ⁊ ꝓporcōem q̄litatū
quā exigit. idō organū destruiṫ vl' peioraṫ. Scdm corre
lariū ꝙ plāte nō sentiūt licꝫ habeāt aiam ⁊ licꝫ patianṫ
ab ipis sensibilib⁊. rō est q2 ad sēsatōem reqriṫ organū dis
positū ad hoc ꝙ aia possit exercere sensatōem ⁊ debito
mō recipere spēs sensibiliū siue matia mō sic nō est i plā-
tis. Et dato ꝙ reciperēt spēm nō ꝓpṫ hoc dicereṫ senti
re q2 aer recipit spēm soni ⁊ tñ nō sentit. Ex q̄ pꝫ ꝙ sen-
tire nō ē spēm recipere sꝫ per spēm iudicare (Dubi
tabit aūt) Hic mouꝫ p̄hs vnā dubitatōeꝫ q̄ tal' ē. vtꝝ
nō hñs sensuꝫ possꝫ pati a sensibili vl' ōme qđ patiṫ ab
eis habeat sensuꝫ. Arguiṫ pmo ꝙ oē qđ patiṫ ab odora
re hꝫ olfactū q2 agēs ⁊ patiēs dicunṫ correlatiē ad se in
uicē. sed oē agens in olfactu ē odor ġ oē patiēs ab odo-
re est olfact⁹. Scđo arguit ad idē nā sonus nō agit ni-
si in auditū. ġ ōme qđ patiṫ a sono hꝫ auditū. ⁊ per cō
sequēs ōme qđ patiṫ a sensibili hꝫ sensum. Añs pꝫ q2 si
son⁹ ageret in auditū maxīe eēt son⁹ q̄ đr tonitruū qui
ab aliq̄bus đr frangere arbores qđ tñ nō fit ab illo so-
no sed ab exalatōe violenter mota. ġ son⁹ nō agit nisi i
sensum q̄ đr auditus In oppositū arguit. q2 aliquē
sensum nō habētia patiunṫ a sensib⁊. ġ nō habēt sensum
q̄ potest pati a sēsib⁊. Añs pꝫ q2 caliditas ⁊ frigiditas
sꝫ sensibilia sensu tactus ⁊ tamē ab ill' patiunṫ in aīa-
ta sicut cum aliqs lapis calefit vl' frigefit. Hāc dubi
tatōem soluit. dicens ꝙ nō oē (qđ patiṫ a sensibili) hꝫ
sēsum. q2 mediū extraneū patiṫ a sensibili scꝫ aer. recipi
endo spēm coloris ⁊ tamē nō habꝫ sensum. Et vlteri⁹
dicit nō solū odorare est pati ab odore. sed etiā recipere
spēm odoris. Nec solū videre est pati a colore sed etiā
recipe spēm coloris (Qꝫ aūt nō sit ali⁹) In hac se
cunda parte ostēdit numeꝝ sensuum exterioꝝum. Et
ponit pmo talem ꝯclusionem tm̄ q̄nq3 sunt sensus ex-
teriores. scꝫ visus audit⁹ olfact⁹ gust⁹ ⁊ tact⁹. pꝫ quia
aīalia pfecta habēt q̄nq3 sensus ⁊ nullus sensus eius
deficit. ergo sꝫ tm̄ quinq3 sensus exteriores. Scđa ꝯclu-
sio q̄nq3 sensus exteriores dicunṫ nō quia sꝫ extra sed q2
mouenṫ a sēsibus exteriorib⁊. Probaṫ tripl'r. pmo ex par
te organoꝝ sic. q2 si in aīalib⁊ perfectis nullū organū de
ficit. etiā eis nullus sensus deficit. organuꝫ ordinaṫ in
sensum tanq̄ finem. Sed aīalibus pfectis nullū orga
nū deficit ⁊ nō hñt nisi q̄nq3. ġ Qꝫ aūt nō habeant nisi
q̄nq3 pbaṫ. q2 oē organū ē de natura elemēti a dominio
vl' ergo est de natura aeris ⁊ sic est organū audit⁹ vel
de natura aque sic ē organū visus. vl' de natura terre
et sic est organū gust⁹ ⁊ tact⁹ in quib⁊ aliquo mō dñaṫ
terra nō tamē sic quādo sint redacta ad mediuꝫ. Or-
ganū aūt olfactus in aīalibus aquaticis est de natura
aque in aīalib⁊ aūt terrestrib⁊ est de natura aeris. Igi
nis aūt nullius est organū aut oibus cōis est. Nā in q̄-
libet organo debꝫ esse aliqđ quatuor elemētoꝝ a domi
nio cū igne. Si ergo aīalia pfecta ⁊ nō orbata habeāt
illa q̄nq3 organa seqṫ ꝙ eis nl'lū orga⁹ dsic Et si aliqs
obiiciat de talpa ꝙ est aīal pfectū ⁊ tamē nō habꝫ ocu
los. Respōdeṫ ꝙ sub pelle talpe latēt oculi. videṫ eni
talpa sub pelle habēs oculos. Ex pte aūt medioꝝ uꝫ p
batur sic. q2 si in aīmalibus pfectis nullum mediū de-
ficit p quod possunt sentire. eis nullus sensus deficit sꝫ
aīmalibus pfectis nullum mediū deficit. nā ōme me-
dium sentiendi est extraneū vt aqua vl' aer. vl' intranc
um vt caro. sed ista nō deficiūt aīmalibus pfectis ergo
Tercio pbat ex pte sensibilium. quia si oīa sensibilia
possent sentiri p quinq3 sensus interiores nullus sensus
deficit aīmalibus pfectis sed oīa sensibilia possunt p
cipi p quinq3 sensus. Mī pbat p̄hus. q2 oīa sensibi-
lia vl' sꝫ ꝓpria vl' ꝯmunia modo tā ꝓpria quā ꝯmunia
pcipiunṫ ab istis quinq3. De ꝓpriis patet quia sens⁹ vi-
sus pcipit ōes colores. auditus omnes sonos. odora
tus omnes odores. gustus omnes sapores. ⁊ tactus om
nes q̄litates tangibiles. ⁊ ista sꝫ sensibilia ꝓpria igiṫ De
sēsibus cōibus patꝫ. nā sensibilia cōia sunt motus qui-
es magnitudo. figura ⁊ numerus q̄ quidā cognoscunṫ
p se ab istis quinq3 sensibus. Qꝫ aūt nō sint ꝓpria alic⁹
sensus exterioris patꝫ. quia quod est sensibile ꝓpriū ali
cuius sensus exterioris nō pcipiṫ ab alio sensu exterio
ri nisi p accidens. sed sensibilia cōia sunt sensibi lia p se
respectu plurium sensuum exteriorum. ergo nullum sēsi
bile cōe est sensibile ꝓprium alicuius sēsus exterioris
(Figura ē magnitudo) Finaliter aūt querit p̄hus
quare habem⁹ plures sēsus exteriores. Respōdet ꝙ cau
sa hui⁹ est vt minus nos lateāt dr̄ne sensibiliū cōium ⁊
ꝓprioꝝ. Si eī solum haberem⁹ visum nos nō pcipe
remus drn̄am inter colorem ⁊ magnitudiem. sed quia
magnitudo ab aliquo sensu pcipiṫ puta a tactu a quo
non pcipiṫ color. ideo ꝯstat ꝙ aliud est magnitudo et
aliud color Circa hūc textū sꝫ q̄tuor dubia

Primū dubium.

vtrum sensus sit potētia pure passiua sicut videṫ dice
re p̄hs Dōm est ꝙ nō. patꝫ ex autoritatib⁊ Aresto. p
mo dicit Aresto. in tercio capitulo scđi tractat⁹. ꝙ aī
ma est pncipium sēsatōis mot⁹ local' ⁊ alioꝝ motuū. ⁊
loquiṫ ibi de pncipio effecto. si aūt eēt poña pure passi
ua nō eēt effectiua. Scđa autoritas ē in nono metaphisi
ce. vbi đr ꝙ videre ē opatio immanēs nisi aūt eēt visus
poña. actia operatio ei⁹ nō immaneret. Tercia autori
tas est ꝯmētatoꝝ q̄ dicit ꝙ sēsus sꝫ poñe patiētes sꝫ ꝙ
suscipiūt spēs sensibiles sunt āt agētes sꝫ ꝙ iudicāt de
obiectis poñe. Quarta autoritas q2 p̄hs ⁊ ꝯmētator
ponūt intellcm̄ agētē distictū ab intellcū possibili ġ hoc
idē hñt ponere de sēsu. nō eīn est maior rō de vno q̄ de
alio. Et si arguaṫ q2 nulla videṫ esse necessitas ponēdi
eū. Dico ꝙ veꝝ est ꝙ nulla est nccitas ponēdi eū di-
stinctū real'r a sensu passiuo necesse ē tñ ꝙ ponaṫ distinc
tus formal'r. Pꝫ quia impossibile ē pdicari ꝯdcōia re
alia de aliq̄ eodē nisi in eo sit distictio aliq̄ real' ex na-
tura rei vel formalis. sed sic est ꝙ de sēsu agēte ⁊ patiēte

verificant̄ pdicata ɔtradcōria scȝ pducere sensatōem et recipe eā ḡ. Et ex hoc ptȝ error illoꝝ qui dicūt oēm potētiā fsitiuā pure se habere passiue ad ipȝ actū senti endi qꝛ aut actus sentiēdi adeq̄te pducit̄ ab obiecto. aut a spē sensibili aut a potētia aut ab aliquibꝫ illoꝝ siľ. nō pmū nec scōm qꝛ tūc sepata spē sensibili a sensu p possi bile vľ impossibile adhuc posset pducere fsatōem cuȝ sit ciꝰ cā totalˀ ḡ vľ pducit̄ effectiē ab ipa potētia sola vľ a potētia cū obiecto ꝛ cuȝ spē ꝛ p ɔ̄ns nō se hȝ pure passiue. Sequit̄ vltius ꝙ isti male dicūt q̄ dicūt fsum eē ꝟtutem passiuā respcū obiecti ꝛ spēi fsibilis ꝛ actiuā respcū fsatōnis. qꝛ implicat ɔtradcōem idē omino in distincte seclusa operatōe intellectus eē pncipiū actiuū et passiuū alicuiꝰ entis ꝛ tn̄ fm illos fsus esset potētia passiua receptiua ipius sensationis ꝛ effectiue pductiua eiusdem. ¶Scōm dubiū ē. vtꝝ q̄nq; fsibilia cōia sint fsibilia p se vľ p accn̄s. Respōdet sctūs Thomas ꝙ sunt fsibilia p accn̄s. vn̄ dicit ꝙ sentire ɔsistit in quo dā pati ꝛ alterari. ita ꝙ est differētia inter passionem ꝛ alteratōem fsus. vnde ꝙ facit differētiā in passione et alteratione est fsibile p se. qđ aūt nō facit est fsibile p ac cidens. Dr̄ña aūt circa passionē vľ alteratōnem fsus p̄t fieri dupľr. vno mō ex pte agentis ita scȝ ꝙ causat p priā spēm in fsu. ꝛ hoc mō fsibilia cōia nō faciūt diffe rentiā in immutatōne fsus siue in passione ꝛ alteratōe Alio mō aliq̄d dr̄ facere differentiā nō quātū ad spēȝ agentis sed quātū ad modū actōnis. ita ꝙ fm talia so lum diuersificat̄ modꝰ immutādi ꝛ nō diuersificatur ipa poñā fsitiua. Et sic ista q̄nq; fsibilia cōia pus e numerata faciūt dr̄ñam circa immutatōem fsus. Aliter em̄ mouet color visum in magnitudine rcā ꝛ magni tudie triāgulari. ꝛ isto mō possent dici fsibilia p se. dif ferūt tn̄ a fsibilibꝫ ꝓꝑꝛijs qꝛ fsibilia ꝓꝑꝛia causant in su is fsibus ꝓꝑꝛias spēs. fsibilia vero cōia nō cānt ꝓꝑꝛias spēs. ꝛ differūt a fsibꝫ p accidēs qꝛ ista faciunt dr̄ñam circa modū immutādi fsuȝ nō aūt fsibilia p accidēs Alij vero respondent ꝙ ista q̄nq; st̄ fsibilia p se ꝛ fa ciunt ꝓꝑꝛias spēs in fsibus. pȝ fm p̄cedētem opinionē nā color aliter mouet visum in maiori magnitudine ꝛ aliter in minori. Quero ergo vtꝝ aliq̄d impmat̄ a co lore existēte in maiori magnitudie qđ nō impmit̄ a co lore existente in minori. vľ nihil. si nihil tūc nō videt̄ rō q̄re vnus color magis debeat mouere q̄ alius. si autē aliquid ꝛ non aliud q̄ spēs. ḡ fsibilia cōia cānt ꝓꝑꝛias spēs in fsu vtraq; istarū opinionū est pbabilis. ¶Ter cium dubium. vtrum fsibile positum supra fsum senti atur. apparet em̄ ad fsum ꝙ sic. Nā cultellus scindens neruum infert maiorē dolorē q̄ si scinderet carnē. Di cendū ꝙ dupľr est immutatio ipius fsibilis. vna ē ma terialis quādo scȝ fsus immutat̄ a fsibili fȝ eē reale vľ fm eundem modū quo est in re extra. vt cū fsus tactꝰ calefit ꝛ alius fsus aliq̄lr̄ alterat̄. Alia est immutatio intentionalis fm quā fsus immutat̄ intentōnalr̄ vľ spi ritualr̄ a fsibili. Vn̄ tactꝰ immutat̄ realr̄ ꝛ intētionalr̄ visus aūt spūalr̄ immutat̄. Vn̄ organū tactꝰ est corpꝰ mixtū sicut mediū qđ est caro. ḡ est passiuū naturale. si cut caro. passiones aūt tāgibiles st̄ naturalr̄ actiue nō potest aūt sentire nisi etiā immutet̄ intētionalr̄. ideo in hac vita nō est immutatio intentionalis in tactu q̄n sit etiā realis. Jmmutatō intentionalˀ sufficit ad fsatōeȝ sed nō realˀ. Dōm est ḡ ad rōnem ꝙ tāgibile positū su pra organū tactꝰ nō facit fsationē eo ꝙ realr̄ ponit̄ sup organū tactus sed etiā eo ꝙ immutatur intētionaliter ita ꝙ ɔpleta ratio fsatōnis est immutatio intentōnalˀ ¶Quartū dubiū. spēs fsibiliū ɔtrariorū st̄ ɔtrarie videt̄ em̄ ꝙ sic. cꝰ em̄ cāe st̄ ɔ̄rie ꝛ effectꝰ st̄ ɔ̄rij. sed al bedo ꝛ nigredo st̄ ɔtraria ḡ etiā spēs illorū st̄ ɔtrarie Dōm est breuiter ꝙ nulle spēs fsibiliū st̄ ɔtrarie intri sece ꝛ formalr̄ licȝ bn̄ extrinsece ꝛ ab obiecto eo scȝ ꝙ re pn̄tāt ɔtraria. Prima ps pȝ qꝛ ille spēs pmittūt se in eo dem subiecto. Ad rōnem dōm ꝙ nō oim cārum ɔ̄ria rum effectus st̄ ɔ̄rij. licȝ bn̄ aliq̄rum. Et etiā obiectū nō est cā totalis ipius spēi sed cū hoc sensus agens. si cut patuit superius

¶Querit̄ vtrum

sint tm̄ q̄nq; fsus exteriores habentes q̄nq; ꝓꝑꝛia obie cta circa q̄ nō decipiunt̄. Arguit̄ pmo ꝙ non st̄ q̄nq; fsus. Nā fsus tactus est cōis alijs fsibꝫ nec est vnꝰ in se ergo. pma ps pȝ qꝛ ꝛ gustꝰ ꝛ olfactꝰ st̄ q̄dem tactꝰ Se cūda ps pȝ. qꝛ alius est tactꝰ de caliditate alius de fri giditate siľr de humiditate ꝛ siccitate sicut etiā ptȝ ex textu ḡ. Cōfirmat̄ qꝛ obiectū tactꝰ extēdit se ad obiec ta alioꝝ fsuū ḡ siľr ꝛ ipe fsus nō distinguit̄ ab alijs fsi bus. ¶Scđo sic. plura st̄ obiecta fsuū exterioꝝ q̄ q̄n q; ḡ. Añs pȝ pmo qꝛ nullꝰ color vnus ꝛ idē est obiectū visus adeq̄tuȝ nec aliq̄s sonus ꝛ sic de alijs. ḡ plura st̄ q̄ q̄nq; Nisi dicas ꝙ color dȝ capi p colore i cōi ꝛ sonꝰ p sono in cōi ꝛ sic de alijs Contra. qꝛ color in cōi nō vi detur nec sonus in cōi audit̄ actꝰ em̄ ꝛ opatōes st̄ cir ca singľaria. Si dicas ꝙ licȝ color in cōi nō audiat̄ ē tn̄ aptus natꝰ audiri Cōtra. cuiꝰ ē potētia illiꝰ ē actꝰ ex de fsu ꝛ fsato. Si ḡ color nō audiat̄ nec erit aptꝰ na tus audiri ¶Tercio sic. intellectꝰ est ꝟtus nobilior ꝛ p fectior q̄ fsus visus ꝛ fsus visus cetis fsibꝫ sed isti max ime decipiunt̄ ḡ. Añs pȝ pmo qꝛ intellcūs ꝓpōnibus fallis assentit. Scđo qꝛ spēs visibilis p̄t repn̄tari visui corrupta re visibili saltē per potētiā dei. ꝛ tūc visus iu dicās illud visibile eē decipit̄. Pȝ tercio qꝛ visus iudi cat solē esse pue q̄ntitatis cum tamē sit maior tota terra Siľr iudicat eū eē rubeū ꝛ yrideȝ eē aliquid coloratū que tamē oīa sunt falsa. Patȝ q̄rto qꝛ visus iudicat a liqua moueri que tn̄ nō mouent̄ sicut patȝ de existenti in naui qui iudicat arbores moueri ¶Quarto sic. de alijs sensibꝫ pmo de auditu. nā vnꝰ iudicat sonū esse de lectabilē quē alter iudicat tristabilē ꝛ existēs ꝓpe sonū iudicat eū intēsiorē ꝛ extēsiorē q̄ existēs remote. Siľr in firmi aliquādo iudicāt ꝙ audiāt tonitrua que tamen nō audiunt. ꝛ etiā existens ex vna pte aque de mane au dit sonū ex alia pte postq̄ iā est corruptꝰ siľr ptȝ de so no echon. De gustu pbat̄ nā infirmi iudicāt aliqua stiptica que sunt dulcia ꝛ azinus iudicat tribľos boni saporis q̄ tamē st̄ amari. De tactu patȝ. nā intrās bal neū in pncipio iudicat eē intēsum caliditate ꝛ postq̄ fu it iudicat eū esse remissum dato ꝙ sit eque calidū. Si militer tactꝰ aliq̄n iudicat vnā rem duas res sicut cuȝ aliq̄s tāgit digitis cācellatis. De sensu olfactus patȝ nā aliq̄ hoies iudicāt aliq̄s odores eē bonos sicut cori arij pellipa̋ij. ꝛ etiā mundatores locorum turpiū. quē tamē hoies inconsueti esse fetidū dicūt Et similiter ca nes iudicant cadauera fetida boni odoris que tamen homo iudicat mali odoris. ergo aliquis coꝝ decipit̄

In opposi tũ arguit autoritate phi in textu. Pro solutõne q̃stionis soluende sũt quatuor questiones.

Questio Prima. vtrum color sit ꝓprium et adequatũ obiectũ visus. pro cuius solutõe. ¶Attẽde pmo ꝙ dyaphanũ est corpus qd de se nõ hꝫ lumẽ ꝓpriũ. qd sit visibile. sed est susceptiuũ luis extranei. p qd sit aliquo mõ visibile. sicut aer aq̃ ignis in ꝓpria spera. ⁊ sunt aliq̃ alia corpa solida. vt vitrũ cristallũ ⁊ aliq̃ alij lapides. licꝫ at̃ ignis in materia aliena sit lucidus. tñ in materia ꝓpria est corpus dyaphanũ. Aliter em̃ p regionem ignis stelle nõ viderent̃ in celo. q̃uis et̃ aliqua accñia ꝯueniũt elemẽtis rõe suaꝝ naturarũ. vt calidũ frigidũ graue ⁊ leue. tñ dyaphaneitas nõ ꝯuenit eis ƀm naturas suas ꝓpias. sed ꝯsequit̃ quãdã naturã cõem ipis et celo. Corpa em̃ celestia dyaphana sũt. q2 nisi sic non possemus videre stellas fixas. q̃ sũt in octaua spera.

¶Attende secũdo. ꝙ in ƀsatione sũt tria. s. moues tm̃ qd est obiectũ. ⁊ moues motũ qd est mediũ. ⁊ motũ tm̃ qd est organũ. cui impmit̃ spẽs ab obiecto. vñ sicut dictũ est sensibile positũ supra sensum nõ facit ƀsatõnem et iõ in visione sp requirit̃ mediũ. qd est lumẽ. Utrũ aũt hoc requirat̃ ꝓpriũ mediũ vel ꝓpter colores dubiũ est. Dicit em̃ Auicẽna expsse in libro sexto naturaliũ pte pma. ꝙ lumẽ nõ requirit̃ ꝓpter mediũ. sꝫ ꝓpter colores. q2 nos videmus ꝙ ille q̃ est in loco obscuro videt rẽ positã in luce. ⁊ nõ ecõtra. Extñs em̃ in lumine nõ vidꝫ res positas in tenebris cũ color nõ possit diffũdere spẽs suas sine luie. Cõ. aũt innitẽs dicto phi dicit oppositũ. dicit em̃ ꝙ color est p se visibilis. ⁊ lumẽ nõ requirit̃ ꝓpter colores. sed ꝓpter mediũ. nã color est motiuus dyaphani ƀm ꝙ est in actu. actus aũt dyaphani est lumen. ⁊ signũ huius est. q2 si color ponat̃ immediate supra oculũ nõ videbit̃. habet em̃ de sua natura ꝙ pt p se mouere dyaphanũ extñs in actu. Oĩe aũt tale est visibile p se eo ꝙ pt mouere organũ visus. color g̃ ƀm naturã sui ẽ p se visibilis. ⁊ p ꝯñs ex pte sui nõ requirit̃ lumẽ. sed q2 dyaphanũ nõ fit in actu nisi p lumẽ. iõ color nõ põt videri sine lumine. Sic g̃ vult dicere ꝯmẽtator ꝙ lumen nõ requirit̃ ꝓpter colores. sed ꝓpter mediũ. ⁊ hec opinionis est scũs Thõas. Albertus aũt volẽs ꝯcordare istas opiniones dt ꝙ tã ꝓpter mediũ q̃ꝫ ꝓpter colorẽ reqritur lumẽ. Est aũt duplex esse coloris. s. materiale ⁊ formale. mal̃iale ꝯuenit ex ꝓportõe q̃tuor qualitatũ diuersimode variãtiũ supficies corpis mixti. ⁊ tale esse etiam hꝫ colores ⁊ tenebras. Esse at̃ formale corpis est ƀm ꝙ pt mouere dyaphanũ. ⁊ illud hꝫ ex presentia luis. ⁊ ex tota ypostasis coloris. ⁊ ƀm hoc esse color dt actu visibilis. ⁊ solũ in lumine ⁊ nõ in tenebris. ⁊ sic ad vidẽdũ requirit̃ lumẽ ꝓpter colores. ita ꝙ lumẽ ꝯfert colori. vt sit actu visibil̃ ⁊ motiuus dyaphani. Scũs Thomas sil̃r distinguit duplex lumẽ. s. intrinsecũ ⁊ extrinsecũ. lumen extrinsecũ nõ requirit̃ ꝓpter colores. sꝫ ꝓpter medium. lumẽ aũt intrinsecũ requirit̃ ꝓpter colores. vñ ymaginat̃ ꝙ ex diuersa ꝯmixtione luis ⁊ opaci ꝯstituãt̃ diuerse spẽs coloris. ⁊ ista distinctõ nõ videt̃ eẽ bona. eo ꝙ tũc lumẽ essꝫ in tenebris. ⁊ corpa eẽnt intrinsecus colorata. qd est ꝯtra phm in de ƀsu ⁊ sensato. qui dt ꝙ color est extremitas pspicui in corpe terminato. Sil̃r etiam lumẽ est spẽs specialissima. color aũt spẽs subalterna. videt̃ ergo ꝙ lumẽ nec requirit̃ ꝓpter colores nec ꝓpter mediũ. ita scꝫ ꝙ lumẽ ꝯstituat colores vel ꝙ faciat dyaphanũ ꝓpriũ susceptiuũ spẽrum. Color em̃ natural̃r agit ƀm vltimũ sui posse. si ergo habeat ꝙ ipẽ ex se sit cã talium spẽꝝ. ⁊ dyaphanũ sit receptiuũ eaꝝ nõ requirit̃ ad causandũ spẽs coloris in dyaphano ꝙ medium sit illuminatũ. nec etiã ad visionẽ requirit̃ aliud q̃ꝫ oculus bñ dispositus. et color cũ luie ⁊ dyaphano illuminato. Uñ dt Augustinus scdo de trinitate capitulo scdo. a visibili ⁊ vidente causat̃ visio Sicut g̃ ex pte visus requirit̃ pupilla bñ disposita. ita ex pte obiecti requiritur color cũ lumie. ¶Attende tercõ ꝙ lumẽ est actus dyaphani ⁊ simul cũ dyaphano inquãtũ dyaphanũ vñ dyaphanũ est potentia lux ⁊ tenebre. Tenebra aũt est ꝓuatio lucis in dyaphano. sicut em̃ mal̃ia pma est potẽtia forma ⁊ ꝓuatõ. ita dyaphanũ lux ⁊ tenebra. lumẽ aũt ꝯparat̃ ad dyaphanũ sicut color ad coloratũ. vtrũq3 em̃ est forma ⁊ actus susceptiui. ⁊ iõ dt phus ꝙ lumen est q̃si color dyaphani ƀm ꝙ dyaphanũ factum est in actu ab aliquo corpe luminoso. siue sit ignis siue aliud corpus celeste. nã sicut dyaphanũ est cõe celo ⁊ elemẽtis. ita oĩe luces ad illuminatũ ꝯuenit igni ⁊ celo ¶Attende q̃rto. ꝙ corpoꝝ quedã sũt actu lucida vt sol ⁊ stelle. quedã vero opaca. vt terra ⁊ corpa mixta densa. Qualitas em̃ ꝓpria alterãtis pmi. s. celi. qd est corpus maxime pfectũ. ⁊ in actu est lux. ideo inter illa corpa que sũt actualiora sũt corpa q̃ sunt lucida actu. q̃ vero sũt ꝓpinq̃ora eis sũt receptiua luminis. sꝫ maxime materialia. nec hñt lumẽ. nec sũt receptiua luis. sed sũt opaca ꝓpter sui materialitatẽ. sicut patꝫ de terra Ex hꝫ ergo pꝫ q̃d sit color lumẽ ⁊ dyaphanũ. Quomõ aũt se habeat dyaphanũ ad lumẽ ⁊ ad colores videndũ est. nã dyaphanũ est receptiuũ coloris ⁊ luminis. susceptiuũ aũt debꝫ esse a natura. quã recepit denudatũ. sic receptiuũ soni est sine sono. iõ patꝫ ꝙ dyaphanũ ƀm se nõ habet lumẽ vel colorẽ. sed est susceptiuũ vtriusq3. sũt aũt quedã corpa que in tenebris lucẽt. sicut est noctiluca quercus aliq̃ pisces. oculi lupoꝝ ⁊ cattoꝝ. ⁊ ista in lumine sũt visibilia inquãtũ colorata. in tenebris autẽ inquantũ lucẽtia ⁊ nõ inquãtũ colorata. Rõ aũt huius est. q2 pdicta in sui ꝯpõe habẽt aliq̃d lucis. luciditas em̃ ignis ⁊ dyaphaneitas aque nõ est in eis total̃r ꝯprehensa p opacũ terre. ⁊ sic sũt quodãmõ lucida lux autẽ eoꝝ solum pcipit̃ in tenebris ꝓpter debilitatẽ. ⁊ iõ nec in tenebris sub suo colore pñt videri nec in die sua luce possunt actuare mediũ ꝓpter debilitatem. ⁊ q2 lux eoꝝ est fortior q̃ꝫ color. iõ in tenebris actuãt mediũ luce. sed non colore

Dic primo. ꝙ color nõ videt̃ sine luie. pꝫ quia nõ est motiuus dyaphani. nisi ƀm ꝙ est in actu. hoc aũt est p lumẽ. g̃. ¶Dic scũdo. ꝙ visio nõ fit sine medio. pꝫ a signo. q2 ponat̃ coloratum supra oculũ ⁊ nõ videbit̃. eo ꝙ nõ diffundit spẽs in dyaphano ¶Dic tercõ. ꝙ ignis ⁊ cetera lucida pñt videri tã in tenebris q̃ꝫ in lumine. ad visionem em̃ requiritur oculus ⁊ corpus illuminãs mediũ. sic aũt est de igne et alijs lucidis. vñ quatuor sũt genera visibiliũ. q̃dam habent lumen in potẽtia tm̃. sicut dyaphana. quedam vero habent lumen permixtum cũ opaco. sicut lucentia in tenebris. Alia vero habẽt lucem fortem qua pñt se diffundere tam in tenebris q̃ꝫ in lumine. vt corpora lucida. Alia vero habent lucem debilem. que tamẽ ali

quo modo possunt se diffundere. sicut visibilia illumi
nata. Omnia q̄ ista sūt aliquo modo visibilia inquātū
pticipant aliqd de lumine. qḋ est qualitas pmi alterā
tis. ⁊ nō habꝫ aliquid ↄtrariū. ⁊ iō susceptiuū eius sp
est in vltima dispōe ad recipiendū lumen. ¶ Dic q̄r
to. ꝙ color non est pmum obiectuꝫ visus. multa eī sūt
visibilia que nō sūt colorata. sicut dictū est. Dicūt ta
men aliqui ꝙ lumen cum colore est adequatū obiectū
visus. lumen eīn s̄m eos est formale. color autem mate
riale. Sed dōm est ꝙ obiectum primum visus est ali
quid illuminatum quod est ↄmune lumini ⁊ colori. ⁊
possꝫ vocari visibile siue color extenso nomine coloris.
¶ Si queras pmo. vtrum lumen habeat esse intentio
nale vel reale in medio. Dicūt aliqui ꝙ habꝫ esse rea
le. est eīn passibilis qualitas realiter illuminans medi
um. ⁊ agens in visum ⁊ ↄburens saltem virtualr̄. ⁊ eti
am calefaciens. ⁊ multos alios effectus causat in istis
inferioribus. sicut patꝫ per experientientiam. ⁊ ita dicit
scūs Thomas. Alij vero dicūt oppositum. quia si sic
sequeret ꝙ nihil possit videri mediante lumine. visibi
le eīn positū supra s̄um non facit s̄atōm. nec seqr̄ cor
pus lucidum causat colorem. ⁊ est virtualr̄ calidum
ergo potest facere colorem. nam lux ⁊ color. sūt effectus
eiusdem cause subordinate. Et isti⁹ opinionis ē Aui
cenna. nō tamen habꝫ lux esse intentionale. quod est fi
ctum siue fabricatum per opus intellect⁹. sed habꝫ eē
intentionale. quod non est eductum de potentia mate
rie necꝫ permanens in tali materia. nec accipiens disti
ctionem nec numeratōnem a medio. sed a subiecto in
quo habꝫ esse permanēs ⁊ reale. ⁊ a quo originat. vtpu
ta a corpe lucido. vnde lumen in aere non est nisi inten
tio siue accidens intentionale lucis existentis in corpo
re luminoso. ¶ Si queras vlterius. vtrū illumīatio
medij fiat in tpe vel in instanti. Respondet alacer se
cūdo perspectiue capitulo q̄nto ꝙ in tpe. ⁊ hoc patꝫ in
apertōe fenestre que fit in tempore. ⁊ in illa apertōe fit
illuminatō. q̄. similiter radius solaris ptingens ad di
uersam dyaphaneitatem frangit̄. que refractio nō est
nisi pter resistentiam. sic ꝙ nō potest vltius pcedere.
vbi autem est processus a resistentia ibi est mot⁹. ergo
illuminatō medij est mot⁹. ⁊ ita est in tēpore. Sed illḋ
est contra Aresto. qui dicit contra democritū ꝙ illumi
natō fit in instanti. Si eīn fieret in tempore nō lateret
nos in tanta distantia quanta est ab oriente in occidē
tem. Et cōtra cō. in quarto phisicoꝝ qui dicit. ꝙ illu
minata domus a candela fit subito. ⁊ non in tempore
Et est cōtra Augustinū sexto de triuitate capitulo se
cūdo. q̄ dicit ꝙ splendor ignis est coeu⁹ igni. ⁊ si ignis
fuisset ab eterno. qui tamen essꝫ genitus atꝫ diffusus
ab igne. si autem diffusio illa essꝫ in tempore ille splen
dor nō esset coeu⁹ igni. ⁊ simil'r ↄtra phm in de sensu ⁊
sensato versus finem. q̄ ponit differentiam inter sonuꝫ
et illuminatōem. ⁊ dicit ꝙ sonus fit cum quodam tre
more ⁊ motu locali. ⁊ per consequens in tempore. sed
non sic est de illuminatōne. Possꝫ ergo dici contra istū
autorem perspectiue ꝙ illuminatō fit in instanti. cum
subiectum eius sit summe dispositum ad recipienduꝫ
ipm. vel saltem in tempore impceptibili tenēdo ꝙ nul
la alteratō possit fieri naturalr̄ in instanti.

Questio secunda

Utrū sonus (qui est pmum obiectum auditus) fiat
in aere tanꝙ in medio. Pro cui⁹ solutōe. ¶ Attende
pmo. ꝙ corpoꝝ quedam sūt bene sonātia in actu Alia
vero sūt bene sonantia in pntentia. alia aūt que nec be
ne sonant in actu nec in potentia. vt lana ⁊ cetera corpa
que cedūt pcutienti. vnde ex pcussione eorum nō fran
bitur aer ita vehemēter vt possit formari sonus. Ex q̄
patꝫ ꝙ sonus quādoꝙ habꝫ eē in actu ⁊ quandoꝙ in
potentia. nō quidē in actu pmanenti. sed in actu succes
siuo ⁊ in fieri. quia nō habꝫ esse fixū ⁊ pmanens in suo
subiecto. sicut alia sensibilia. inde est ꝙ ꝙ diu est gene
ratio soni. est etiā immutatio auditus ab ipo. ¶ At
tende secūdo. ꝙ ad generatōem soni tria requirit̄. scꝫ
pcutiens pcussumꝫ ⁊ mediū p quod fit pcussio. quia so
nus causat̄ ex violenta pcussione aeris que non fit sine
motu locali. ⁊ p cōsequēs sine medio. ¶ Attende ter
cio. ꝙ ad hoc ꝙ corpa bene sonāt q̄tuor requirūt̄. Pri
mū ꝙ sint dura. scōm ꝙ sint lenia. i. plana. terciū ꝙ sint
ↄcaua. quartū ꝙ velociter moueant̄. q2 si motu tardo
se percutiant nō faciūt magnū sonū. q2 aer ante pcussi
onem dissoluit̄. ⁊ sic nō frangit̄ vehement̄. ⁊ ideo nō fit
sonus ¶ Attende quarto. ꝙ ad vocem plura requirū
tur ꝙ ad sonum. requirit̄ eīn vltra ista q̄tuor respiratō
siue reuerberatō ad vocalem arteream. Est aūt voca
lis arterea q̄dam vena dura. que incipit in gutture ⁊
terminat̄ in pulmone. quia eīn aīalia progressiua ma
gis habēt de calore in pulmone ꝙ in alijs ptibus. eo
ꝙ pulmo ↄiūgit̄ cordi. in quo est principiū caloris na
turalis. ideo loc⁹ q̄ est circa cor indigeret respiratōne
aeris ad refrigeriū eius. sic ergo pcutiens est pulmo.
pcussum aūt est vena illa dura. mediū aūt p quod fit p
cussio est aer inspiratus. Ex quo pꝫ ꝙ licꝫ aliq̄ anima
lia faciant sonū cuꝫ brācis quib⁹ attrahūt ⁊ expellunt
aquam. nō tamen faciūt vocē pprie dictam. nec etiā in
strumenta musicalia. licent habeāt silitudinē cum vo
ce pprie dicta. sicut dictū est in expositōe textus ¶ Di
cendū est primo. ꝙ propriū obiectū auditus est sonus.
pꝫ quia illud est propriū obiectū alicui⁹ potentie in qḋ
pmo per se fert̄ illa potētia. sed son⁹ est hmōi. igit̄. Un
de sonus nō est mot⁹ localis. quia tūc essꝫ sensibile cō
mune. Et si aliqui autores dicūt sonū esse motum. h
debꝫ intelli predicatōe causali ⁊ non formali. sonus eīn
fit cum motu locali ¶ Dicendū secūdo. ꝙ proprium
mediū soni est aer. impropum aūt est aqua. patꝫ quia
son⁹ diffundit̄ per aerem circularit̄. eo ꝙ ipe facilr̄ ra
refit ⁊ ↄdensat̄. nō aūt sic est de aqua ¶ Dicendū ter
cio. ꝙ diffinitō vocis est ↄueniēter assignata. ptꝫ p om
nes ↄditōes bone diffinitōis. que sibi cōueniūt ¶ Di
cendū quarto ꝙ vox nō est repcussio aeris respirati for
malr̄. sed solū causalr̄. causat̄ eīn vox ex illa repcussiōe
aeris ¶ Si queras pmo. quō causat̄ son⁹ echo. Dico
ꝙ corpus sonās se habꝫ ad sonū. sicut centrū sic ꝙ cir
ca ipm diffundit̄ sonus circularit̄. quēadmodū lapis
cadēs in aquā causat inundatōes circulares. q̄ si non
repeiūt obstaculū finalr̄ deficiant. si aūt reperiāt. tūc
redeūt ad locuꝫ a q̄ processerūt Ita simil'r sonus circu
lariter diffundit̄. ⁊ si nō reperiat obstaculū tandeꝫ de
ficiet. si aūt reperiet. tūc a corpe obiecto aer in quo est
sonus iterū percutit̄ versus locum corporis sonantis
et iste idem aer in numero (qui repcutit̄) adhuc habꝫ
impressionem soni generati. ⁊ tūc causat̄ sonus qui di
cit̄ echo. tamen rari⁹ audimus vocē silēm voci prius

formatc. sed quãdo fit in locis ꝯcauis vt in vase in puteo. in valle iuxta muros altos ⁊ in siluis bñ ꝑcipit sonus echo ¶Si queras secũdo. de cui⁹ elemẽti natura sit organũ audit⁹. Dico ꝙ est de natura aeris sicͭ visus de natura aque. Est eñ in organo audit⁹ q̇dam aer inclusus. q̇ recipit sonũ existentem in aere exteriori. ⁊ quãdo aer exterior mot⁹ ꝑ foramen auris ꝑtingit ad pelliculam ꝯtinentem illũ aerem intrinsecum. tũc immutatur illud organũ ⁊ audit sonus. Ex quo patȝ ꝙ aial non audit in qualibȝ ꝑte corꝑis. Patȝ vlterius ꝙ aer naturalis in aiali nõ habet in se sonũ. sed ſꝑ immutatur ab extrinseco. Patȝ vlterius ꝙ duo sunt necᷓria ad organũ audit⁹. pmũ est ꝙ in illa pellicula. que dicitur miringa sit aer inclusus ſm ꝙ iste aer sit imobilis. nec impediatur foramẽ ꝑ qd̄ debȝ transire aer motus. ¶Si queras tercõ vtrũ causa soni sit verberãs vł illud qd̄ verberatur. Dico ꝙ est vtrũqȝ. sed ꝑus causatur a ꝑcutiẽte. eo ꝙ ꝯpellit ⁊ imꝑmit aerem. ⁊ q᷑ ꝑcussum est durũ et lene. ideo resistit ꝑcutienti. ⁊ facit aerem resilire. sic ergo depẽdet ab vtroqȝ ¶Si q̄ras quarto. vtrum sit vn⁹ ⁊ idem son⁹ q̇ a pluribȝ auditur. Respondent aliq̇ ꝙ sic. nã sicut ꝑ vnam ⁊ eandẽ spẽm totalẽ orbiculariter ab ipo colore diffusa in ipm mediũ. diuersis tamẽ spẽbus ꝑticularibȝ in diuersis medijs existentibȝ causatur visio. sic etiã est vnus son⁹ in numero causans orbiculariter in ipm mediũ suã spẽm q̄ percipitur a pluribȝ hominibȝ ꝑ vnã totalem spẽm in medio existentẽ. diuersis tamẽ spẽbus ꝑcialibus in diuersis partibȝ medij exñtibus. ⁊ diuersis speciebȝ totalibȝ in ipis organis existẽtibus ꝑcipitur. Et sicut ad visionẽ coloris ꝓpe dicti requiritur ꝙ mediũ sit illuminatũ. ita ad auditõem requiritur ꝙ mediũ moueatur vt diffundat spẽs vsqȝ ad organũ auditus. Sic ergo dicit ꝙ son⁹ non est subiectiue in medio vel in aere quod refrangitur quando son⁹ causatur. sed est in illo a quo effectiue producitur. ita ꝙ est aliquãdo in ꝑcutiente. ⁊ aliquãdo in ꝑcusso. ⁊ aliquãdo in medio. ⁊ ꝯñs responsio dicit. ꝙ son⁹ est in ipo medio qd̄ violente diuiditur ⁊ frangitur ab ipo ꝑcutiente ⁊ ꝑcusso. Per ꝑcussum autem intelligitur illud quod retinȝ medium ne defluat.

Questio Tercia. vtrũ odor sit ꝓpriũ obiectum olfact⁹. sicut sapor gustus. Pro cui⁹ solutõe ¶Attende pmo ꝙ hominibȝ difficile est determinare de odore. eo ꝙ homĩes inter oĩa aĩalia peiores habent olfactũ. cui⁹ causa est frigiditas cerebri. Est eñ cerebꝝ frigidum ⁊ humidũ. organũ autẽ olfactus calidũ ⁊ siccum. ⁊ illa sunt simul locata. ⁊ ideo vnũ impedit actõem alterius. nam organũ olfactus ꝯtrahit frigiditatem a cerebro ⁊ humiditatẽ. que sunt dispositõnes contrarie ad suscipiendũ spẽs odoris ¶Attende secũdo. ꝙ q᷑ nos distinguimus ignotiora nobis. ⁊ cognoscimus ꝑ certiora. ideo spẽs odoris sumũtur ꝑ spẽs saporis ꝑ quandam analogiam ⁊ attributõem. naȝ sapor est obiectũ gustus. Gustũ aũt habem⁹ certissimũ eo ꝙ gust⁹ est q̇dam tactus. tactu aũt indicamus homines ingeniosos. sumus ergo certi de sapore. ⁊ odor ẽ quedam sequela saporis. nominantur ergo spẽs odoris eisdem nominibȝ q̇bus species saporis. scȝ dulce amarum pingue austerũ acutũ ponticũ stipticum ⁊ salsuȝ Contingit tamẽ quandoqȝ ꝙ illa que sunt suauis odoris sunt amari saporis ⁊ econtrario. cui⁹ causa est. quia sapor ꝯsistit in humido aqueo passo a sicco mediante calido. Odor vero ꝯsistit in sicco aereo aliq̇liter passo ab humido. modo quãdo contingit vtrãqȝ substantiam. s. aerem subtilẽ ⁊ aquã grossam misceri ſm ꝓportõnem. tũc est dulcedo odoris ⁊ saporis simul. Si autem in vno fiat ꝓportio ⁊ non in alio. tũc contrario mõ se habet ¶Attende tercõ. ꝙ organũ gustus est q̇daȝ neru⁹ existens infra carnẽ lingue. sicut organũ tactus est quidam neru⁹ extensus ꝑ totũ corpus. Istud aũt organuȝ quo nõ potest gustare nisi mediũ ei⁹ qd̄ est caro sit humefactũ. sicut organũ visus nõ potest videre nisi medium eius sit illuminatũ. Et inde est ꝙ Aresto. appellat saporem humorẽ. nõ ꝙ sit humor formalr̄. q᷑ humor ẽ qualitas tangibilis. sed fundamẽtaliter. q᷑ fundatur in eo. Hec similr̄ gustus est formalr̄ q̇dam tactus. sed solũ materialiter vel ꝓpter modũ immutandi. q᷑ immutatur ꝑ mediũ intrinsecũ. sicut tact⁹ ꝑ mediũ intrinsecũ ẽ caro lingue. ⁊ hoc est ideo. quia gust⁹ debȝ eẽ talis in potentia. quale est obiectũ eius in actu. sed illd̄ est humidum. Et inde est ꝙ coci (quoꝝ lingue fortiter sunt humefacte a pinguedine ciboꝝ) non possunt bene gustare. nã intus existens ꝓhibet extraneũ. nec etiam apotecarij eadem de cã. vel portatores specierũ odorabiliũ possunt bene odorare. sed de illis magis dicitur in de sensu ⁊ sensato ¶Attende quarto. ꝙ odor est ꝓpriũ obiectum olfactus. patȝ q᷑ olfact⁹ ꝑ se pmo ꝑcipit odorem et nõ odorabile ꝑ accidens. sicut audit⁹ ꝑcipit sonum ꝑ se pmo. ⁊ non audibile per accidens ¶Attende q̇nto ꝙ sapor est ꝓprium obiectũ gustus. ptȝ quia gustus ꝑ se habȝ actum circa saporem ⁊ circa qd̄libȝ in quo reperitur ratõ saporis pt habere actum. ergo est obiectum eius. tenet ꝯñtia ꝑ ꝯditiones obiecti alicui⁹ potentie.

¶Si q̄ras pmo. quare per bonitatem tact⁹ magis iudicatur bonitas ingenij q̄ꝫ ꝑ bonitatẽ visus. cũ tamẽ visus sit sensus spiritualior ⁊ plures reꝝ differentias nobis ministret. Dĩm ꝙ hoc est propter duas causas. Prima est. quia tact⁹ est fundamentũ omniũ aliorum sensuũ. q̇a organũ eius diffunditur ad modum rethis ꝑ totũ corpus. ⁊ reperitur in organo cuiuslibet alterius sensus. ideo ꝑ bonitatẽ tactus arguim⁹ bonitatem partis intellectiue. qd̄ nõ fit ꝑ visum aut aliũ sensum. Secũda rõ est. q᷑ bonitas tactus ꝯsequitur bonitateȝ complexionis. nam organũ tactus non potest esse omnino denudatũ a q̇buslibet tangibilibȝ. q᷑ est compositũ ex elementis. ⁊ ideo opꝫ ꝙ sit reductũ ad quandã medietatem in aliq̇ tangibilia in qua medietate consistit bonitas complexionis. sȝ ad bonitatẽ ꝯplexionis corporis sequitur bonitas operatõnis aĩe. ergo per bonitatẽ tact⁹ arguim⁹ bonitatẽ anime ⁊ intellect⁹. quia intellect⁹ ꝓ statu isto in suis operatõibus ꝑexigit bonam dispõeȝ corporis ⁊ sensus ¶Si q̄ras secũdo. vtrum odor multiplicet ꝑ mediũ intentionalr̄ tm̄ vel realiter tm̄. Respondet ꝙ odor ad certam distantiã diffundit realiter ꝑ medium. q᷑ cũ fumali euaporatõe. sed vltra illã euaporatõem multiplicatur intentõnalr̄ tm̄. Primũ patȝ q᷑ odores impediũtur ꝑ ventos. qd̄ non eẽt si multiplicarẽtur intentõnalr̄ tm̄. vnde q᷑ colores solũ multiplicantur intentõnalr̄ ꝑ mediũ. ideo ꝑ ventos non impediũtur. Secũdum probatur. q᷑ sensibile positũ supra sensum nõ facit sensatõem. ergo cum odor immutet olfactũ ad ipm defert. non realr̄ sed intentõnalr̄. Hoc etiã ꝓbatur quodam signo. q᷑ dicit homerus ꝙ tẽpore cedis troyanoꝝ

vultures venerūt a quingentis miliarib⁹ ad deuoran dū cadauera occisoꝝ. sed odoꝛ nō potuiss3 realr̄ mul/ tiplicari ꝑ tantū spaciū. si illa coꝛpa fuissent in fimū re soluta. ḡ tal' m̄tiplicatō fuit ƀm esse intentōnale. Et ꝙ patz ꝙ olfactus immutaŧ ab odoꝛe per mediū in q̄ ꝑt recipi intentōnal'r. vñ ꝓriū mediū odoꝛis est tam aer ꝙ̄ aqua. de aere ꝑ se pz. de aqua ꝓbatur. qꝛ etiam aīa lia aquatica ꝓsequūtur nutrimentū. qð ꝑcipiūt a lon/ ge per odoꝛem ¶ Si queras tercō. vtꝝ hominis ꝛ ce/ teroꝝ aīaliuꝫ sit idē olfactus. Respondeŧ ꝙ non. sed differūt specie. sicut supius dictū est de visu homīs et equi. ¶ Si vero dicaŧ ꝙ Aresto. ꝓbat oppositū3 dua bus rōibus. Prima est. nā potentie distinguūŧ ꝑ actus et obiecta. sed olfactus oīm aīalium est idem obiectū sc3 odoꝛ. ergo est idē olfactus. Dico ꝙ hoc argumen/ tū ꝯcludit ꝙ est idem in genere. ita ꝙ ꝓpter diuersū mo dum olfaciendi. qꝛ sc3 aliqua aīalia odoꝛant cū respi ratōe. quedā sine respiratōe. nō op3 ḡ ponere aliū ꝛ ali/ um ƀsum. qꝛ illa est diuersitas accidental'. sicut lic3 q̄/ dam aīalia habeāt velamē supꝛa oculos q̄ non vident nisi illo velamine vel opculo ablato. quedam aūt non habēt tale velamē. sicut habētia oculos duros. ꝛ tamē ꝓpter hoc nō habet dicere visum esse aliū. qꝛ ibi solū est diuersitas accñtalis. que nō variat spēm. lic3 aliūde posset eē diuersitas specifica. vñ Arest. intēdebat duo ꝓbare. Primū erat ꝙ ꝓpter diuersum modū immutā/ di. s. respirādo vel nō respirādo nō op3 ponere diuersi tatem sensuū ƀm spēm vel ƀm genus. Scðm erat. ꝙ nō respirantia etiā ꝑcipiūt odoꝛes. ꝛ sic habēt istū ƀsum. q̄ dicitŧ olfactus. Et hoc ꝓbat sic. qꝛ in non respirantib⁹ ab eisdem. s. ab odoꝛib⁹ fortib⁹ coꝛrumpitur olfactus et in nobis

Questio Quarta. vtꝝ sensus tactus sit vnus vl' plures. Respondēt ali qui ꝙ est simpliciter vnus. non em̄ est ponēda pluralitas sine nccītate. nulla aūt vide tur eē nccītas multiplicādi hmōi ƀsum. nec voluit di/ cere phus ꝙ essent plures sensus. Cū em̄ dixit ipm̄ esse plures loquebaŧ dubitatiue. vnð dicit. videŧ em̄ ƀsus tactus nō esse vnus. qꝛ nō est vnius ꝯtrarietatis Pos set ergo sic ꝓbari. ille ƀsus est vnus cuius obiectu3 est vnum. ꝛ oꝛganū est vnum. Organū aūt ƀsus tactus ē vnū ꝛ etiā obiectū eius (qð est tangibile) est vnū ꝛ ad equatū illi potentie. queadmodū visibile est vnū res/ pectu potentie visiue. Nec val3 argumentū quo argu itur sic. ƀsus tactus nō est vnius ꝯtrarietatis. ḡ non est vnus. nā licet ƀsus tactus nō sit vnius ꝯtrarietatis spe cialis. sed pluriū. est tamē vnius ꝯtrarietatis general' vtputa oīe tāgibile est actiuū aut passiuū. ꝛ postea ac tiuū est calidū vel frigidū. passiuū aūt durū ꝛ molle. ¶ Et si forte dicas. ꝙ calidū frigidū duru3 molle nō ꝯtinenŧ sub eadem spē. ḡ nō potest eē idem obiectū sen sus tactus. nō val3 ꝯsequētia. satis est em̄ ꝙ ꝯtineanŧ sub eadem spē subalterna. que est qualitas tangibilis Videŧ em̄ etiā visus esse pluriū ꝯtrarietatu3. vt albi nigri lucidi ꝛ tenebꝛosi. q̄ sil'r nō op3 sub eadē spē ꝯtine ri. Et ista opinio lic3 sit ꝓbabilis. non tñ est de mente phi. Jō aliter rñdeŧ ꝙ ƀsus tactus sꝫ duo ƀsus foꝛma/ liter. nō tamē diuisi a seinuicē. p3 qꝛ impossibile ē vnū ƀsum tm̄ elicere duos actus ꝑfectissimos. nā. vn⁹ act⁹ ꝑfectissimus adequat totā virtutē illius potētie cui⁹ est act⁹. Si aūt ꝯpatereŧ secū aliū actum iā nō eēt ꝑfec tissimus et adequatus Ꝙ aūt tactus sit possit habere duos actus ꝑfectissimos. p3 qꝛ simul sentit aquā frigi dam ꝛ humidā esse. hoc āt nō potest eē eodē tactu. p3 qꝛ impossibile est actū sentiendi esse respectu alicuius obiecti. quo amoto ille actus sentiēdi manet. s3 remo/ ta frigiditate ab aqua per possibile vl' impossibile ad/ huc tactus sentiet humiditatē eius. ḡ actus vnius nō est actus alterius. Sil'r etiā ab aqua inquātū frigida recipiŧ vna spēs in oꝛgano. ꝛ ab ea inquātū humida re cipitur alia. ꝛ ille spēs sꝫ ꝑncipiū actus. vl' foꝛmale vl' inclinatiuū. sed a diuersis ꝑncipijs nō egrediŧ vnus ac tus. ḡ neq3 valet euasio alioꝝ qua dicūt ƀsum tact⁹ eē vnius generis subalterni. requiriŧ em̄ ꝙ sit vnius ge/ neris phisici. ad cuius vnitatē nō sufficit vnitas hmōi gener3 subalterni. nā tangibile nō est vnū vnitate phisi ca. lic3 sit vnū vnitate logica. Q3 aūt alij dicunt Are stotelē loq̄ dubitatiue pariformiŧ possem dicere de q̄/ libet alia autoꝛitate. nā Aresto. reꝓbat appentes eua siones. que possent dari ꝯtra hoc ꝙ ƀsus tactus est plu res ¶ Ad argumētum ergo dðm est ꝙ oꝛganū est vnū et obiectum est vnū nō simpl'r. sed ƀm q̄d. ꝛ etiam ƀsus tactus nō est plures simpl'r. sed solum ƀm quid. ꝛ ex ħ patet vlterius ꝙ nō op3 ponere sex ƀsus exterioꝛes ꝓp/ ter pluralitatē ƀsus tactus. non em̄ est plures nisi ƀm quid ¶ Si queras pmō de oꝛgano ƀsus tactus. Di/ co ꝙ nō est caro. sed quidā neru⁹ infra carnem. vel sal tem alique vene que ꝓcedentes ab illo neruo ꝑ totum coꝛpus. ꝛ iste vene copulanŧ ad cerebꝝ in quo est sen/ sus cōis. ꝛ a quo ƀm medicos deriuanŧ oīes sensus ꝛ ad coꝛ a quo ƀm phm̄ inniciānŧ oīes sensus. vnde q̄/ dam est caro neruosa. que non tm̄ est mediū. sed etia3 oꝛganū. illi āt nerui coextendunŧ toti coꝛpi animal'. ita sc3 ꝙ circa quālibet ꝑtem aīalis sꝫ aliq̄ ramusculi ner uoꝝ qui extendunŧ ꝑ totum coꝛpus. ꝛ hoc videm⁹ cla re in folijs arboꝛum. in quib⁹ sꝫ ꝑue vene ꝛ ꝑui ramus/ culi ꝑ quos transeūt spūs vitales. caro aute3 pura est tm̄ mediū sentiēdi. Nccītas autē ponendi sensum tac tus extensum ꝑ totum coꝛp⁹ est. qꝛ q̄litates tangibiles possūnt tāgere quālib3 ꝑtem coꝛpis. Si āt ess3 aliqua ps coꝛpis in qua nō esset ƀsus tact⁹ illa facil'r poss3 coꝛ/ rūpi ab hmōi qualitatib⁹ ¶ Si queras secūdo. vtru3 ad ƀsum tactus requiraŧ mediū extrinsecū. Respōdet ꝯmētatoꝛ. ꝙ viuēs non pōt pati a medio extrinseco. vt puta ab aere vel ab aqua. pat3 qꝛ passio naturalis non est nisi a cōtrario. locus aūt non est ꝯtrarius locato. s3 confoꝛmis. Ideo dicit ꝙ si fiat passio. vel si sentianŧ ta lia media hoc est ꝓpter ꝯmixtionē alicuius vapoꝛis vl' alicuius coꝛpis exñtis cum istis. sed illud est cōtra sen sum. nā ꝑcipimus expꝛesse ꝙ medium extrinsecū altere/ rat nos. Et cum dr̄ ꝙ hoc est ꝓpter ꝯmixtionem. ex ħ sequereŧ ꝙ non posset fieri generatio sine mixtione. nec coꝛpoꝛa simplicia possent se alterare. sed sola mixta qð est falsum. Dðm est ḡ ad questionē ꝙ sensus tact⁹ nō potest fieri sine coꝛpoꝛe extrinseco. sicut p3 de doloꝛe apostematis. qui valde vehemēter sentiŧ. ꝛ nō nisi per tactum. nō est aūt ibi aliqð coꝛpus mediū inter tāgēs et tactum. sed est sola qualitas inherens pꝛopꝛio subiec/ to. Sil'r etiā potest fieri ƀsus tactus ꝑ qualitate3 inhe rentem aeri vel aque. ꝛ adherentem coꝛpi humectato si ne hoc ꝙ ponaŧ aliquod mediū inter humectans ꝛ illð quod humectatur. Neq3 ratio ꝯmētatoꝛis cogit. na3 elementa possunt considerari vno modo ƀm qualita/

tes actiuas ⁊ passiuas. ⁊ sic sᷓ contraria. licꝫ forte vt sᷓ ptes vniuersi se ꝯseruātes sint aliquo mō silia. ¶ Si queras tercō. vtꝝ corpa dura possint se tangere immediate. Respondēt aliqui ꝙ sic. sicut pꝫ si ponerenť duo corpa pfecte plana supra seinuicē. sed hoc nō est de intētōne phi. q̄ dicit ꝙ corpa dura exñtia in aere vel in aq̄ semp habēt aliquod mediū. vñ si nō essꝫ aliquod medium inť ista corpa. tūc vndiquaq; equaľr leuatis istis corpibus possꝫ inter ea esse vacuū. ꝗcquid aūt sit ꝺ potentia diuina nō dubito q̄n deus sua potētia possꝫ facere ꝙ duo corpora dura in aere existentia se tangerent immediate.

Ad ratōes ante oppositū ¶ Ad pmā pꝫ solutō cū eius confirmatōe ¶ Ad scdam distinguo añs. nā si loquamur de obiectis motiuis non est dubiū q̄n sint plura. si aūt loquamur de obiecto adequato. illud est tm̄ vnū scꝫ color in cōmuni vel visibile. ⁊ sic de alijs. Et cū dicit ꝙ sensus non potest pcipere illud obiectū. cū ipe sit circa singularia ꝯcedo. sed non solū est circa singularia. sed etiam circa vl'e in poña remota. licꝫ nō sit vl'is vl'itate ꝯpleta. ¶ Ad terciā ⁊ ad quartā patebit solutō ex sequentibꝫ

